BARTHOLOMAEI CASTELLI ... TOTIUS ARTIS MEDICAE, METHODO DIUISIUA COMPENDIUM, & SYNOPSIS; IN QUA QUICQUID AB...

Bartolomeo Castelli

Digitized by Google

BARTHOLOMAEI CASTELLI

PHILOSOPHIAE MEDICINAE ET SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORIS.

Atque in Almo Meſſanenſi Studio, Practicam Medicinæ profitentis,

TOTIVS ARTIS MEDICÆ, METHODO DIVIſiua Compendium, & Synopſis; in qua quicquid ab Hippoc. Galeno, Auicenna, cæteriſq; ſummæ autoritatis,

DOCTORIBVS, AD EANDEM ARTEM SCRIPtum eſt, mira dexteritate, facilitate, & ſtudio, acernatim contexitur,

IN GRATIAM EORVM OMNIVM, QVI NVNC PRIMVM, eiuſdem artis Studio initiantur, & breui temporis curriculo, eam ſe conſequuturos, exoptant.

PERMITTENTIBVS



SVPERIORIBVS.

MESSANÆ,

Ex Typographia Petri Breæ, Anno Domini M. D. XCVII.

ILLVSTRISSIMO

MESSANENSI SENATVI

Philippo Cicalæ, D. Vincentio Portio, Petro Stagno, Franciſco Rifacca, D. Iacobo Marullo, Ioanni Bruno.

Bartholomæus Caſtellus, P. F. D.

SATIS appoſite à Græcis Sapientibus quondam factum eſſe exiſtimo, (Illuſtriſſime Senatus, Patriæque meæ Patres obſeruandiſſimi,) vt cum forte quidam omni ſcientiarum genere, tum præſertim poëticis diſciplinis locupletiſſime eruditus, Herculis laudes Heroico carmine in publicum proferre tentaret: illi graui ſupplicio eũ cenſerent puniendũ, niſi tranſuerſo calamo, verſus à ſe cõſcriptos in Herculis enchomiũ, obliteraret. Nefas enim aſſerebant, Soli Lucernam apponere, aut Noctuas Athenas inferre, Accenſæ enim faces tantum abeſt, vt ſoli oppoſitę, illius lumen augeãt, vt illius ſplendore, illarum lumen potius deliteſcat; Id mihi hodierna die, iure accidiſſe exiſtimo; Vereor enim ne cum veſtrum omnium res præclare geſtas, breui atq; inculta dicendi oratione, attingere potius, quàm abun-

de complecti tentauero, arrogantiæ notã incurriſſe criminer; quod nec meis laudibus, nec incompta oratione quiſque veſtrũ indigeat, Cùm nihil iniecto, ſibi puluere, creſcat Olympus; Quod enim mihi dicendi initium, ne dum dicam finis, futurum eſſet, ſi res à vobis tũ domi, tum foris præclare geſtas, vellem, vel narrando percenſere, vel orando complecti; ſi quidem verum eſt, quod & veriſſimum ab omnibus iudicatur Ariſtotelis Theorema, hominum vitam, in negocium, & otium, bellum, & pacem diuidi, illud foris, hoc autem domi ſpectetur; Negocij, Belliq́ue Tempore, Fortitudine, & Conſtantia; Otij verò & Pacis, Philoſophia; vtroq́ue autem tempore, Temperantia, & Iuſtitia opus eſſe, quis non cenſebit, de vobis ipſis multo ante tempore, quaſi præſentientem Philoſophum loquutum fuiſſe, quibus à primo vitæ inſtituto nihil iucundius, aut optabilius vnquam fuit, quam vel foris cum hoſtibus dimicare, fortunasq́; omni ſtudio tueri; vel domi euoluendis ſapientum vocibus, & veterum monimentis animos veſtros, ad illorum exemplar, omni virtutum, & ſapientiæ ſtudio conformare. Non enim nomen veſtrum, in poſteros rebus bellicis præclare geſtis relicturos exiſtimaſtis, niſi illud ſumma literarũ gloria, cohoneſtatum, & auctum relinqueretis. Hinc Sapientiſſimo omnium veſtrum conſilio factum eſſe arbitror, vt literarum omnium ſtudium, quod ſummis votis quiſque veſtrũ optauerat antea, ſupplices à Summis Pontificibus, Sereniſ-

ſimiſq́;

ſimiſq́, Regibus, pro veſtris viribus, rogaueritis, obtinueritis, erexeritis, tanto ſtudio, atque apparatu, vt merito omnes totius Italiæ florentiſſimæ Academiæ illi iure inuidere poſſint, tum maximè ductu, & auſpicijs Perilluſtris Iacobi Galli, eiuſdem ſtudij Primarij, & Comitis, quo autore, auctore, & Patrono, in dies, occulto quaſi æuo, in ſummam gloriam, admirationem, & orbis terrarum prædicationem ſempiternã, adolere poterit. Excitabũtur in poſterum, Senatus ampliſſime, tuorum ciuium ſopitæ mentes; acuetur longiſſimo præteriti tẽporis ſpatio, contracta ærugine, fœlix cuiuſque ingeniũ; prodibunt in lucem, quæ diuturnis tenebris latuere. Tandem ego tuorum ciuium, & Doctorum, qui in hac nobiliſſima Meſſanẽſi Academia verſantur, minimus, tantæ tuæ laudi, & gloriæ congratulans, & maioris auidus, cum annis ſuperioribus, & domi priuatis ſtudijs inuigilando, & foris aſſiduis lectionibus omnem operam dando, aliquos, eoſq́ue primos ingenij mei fructus, currenti calamo, tum in Philoſophia, tum in Medicina, tum in ſacra Theologia conſcripſiſſem, & domi reſeruatos, retinerem, nec in lucem producere tentarem, (tanta erat temporum præteritorum iniuria, & calamitas;) Nunc vero, illuceſcente optato die, erectis Sapientiæ ſtudijs, in quibus quiſq; ſumma virtute enititur, ſui ingenij, & præteritæ exercitationis periculum facere, ego Dolium meum cum Biante Philoſopho volutans, ne cæteris bellantibus ſolus otioſus videar, induxi mihi

in ani-

n animum, nec vobis ingratum, nec mihi inutile futu-
um, ſi quos anteactis temporibus concepi partus, hoc
empore parerem, Atque initio, quę in Medicina inter
egendum annotaram, quam duos ſupra viginti annos,
n hac veſtra vrbe exerceo, ad omnium Artis Medicæ
ſtudioſorum gratiam, qui ſub mea, vel aliorum Docto-
um diſciplina inſtituuntur, quique primùm eiuſdem
artis limina ſalutant, Typis mandarem, vobiſq́; Patriæ
meę patribus conſecrarem, quod iure generis mei, à me
repetere poteratis. Accipe igitur Illuſtriſſime Senatus,
hanc meam Vniuerſæ artis Medicæ Synopſim, eamq́;
contra omnium Inuidorum tela, ut ſemper tui moris
fuit, tuere; meq́ue filium tuum, ad tuum Aſylum con-
fugientem, amplectare; ego vero ad maiora in tui ho-
norem, & gloriam, in eadem, atque in altioribus diſci-
plinis, producenda; accingar. Vale.

AVTOR, LECTORI S.

HAbes, ſtudioſe lector, Vniuerſam artem medicã, ex Galeni & Auicennæ præceptis conſtantem, breuiſsima epitome compræhenſam, in qua ſi vel breuiſsimo tempore verſaberis, ad digitos te habere Medicinæ principia, & concluſiones omnibus polliceberis; Valet igitur hoc opuſculum, & ad memoriam, & ad connectenda in doctrina Galeni, ea omnia quæ ſparſim in ſuis operibus ſine ordine perleguntur. Ex quo videre erit, nihil quod ad minimas huius artis partes ſpectat, in Galeno deſiderari, præter ſolum ordinem, quem in doctrina Auicennæ admiramur, vt hic legentibus delectationem, ille verò faſtidium pariat. A quo pro viribus conati ſumus tantum autorem vindicare, eidemque rectum ordinem, cum ſumma breuitate coniunctum, reſtituere. Vale & noſtro labore vtere.

REVERENDI D. NICOLAI ANTONINI COLOSSI

Ad Autorem.

EPIGRAMMA.

QVAM tetrum fuit ante chaos, quàm lucidus ordo
Firmaret proprijs hæc elementa locis;
Ante Machaoniæ rudis, indigeſtaque moles,
Tam fuerant artes, & ſine luce chaos.
Sed modo CASTELLVS *tanto candore diremit*
Congeriem, reuocans ordine quæque ſuo;
Obtutu vt ſit fas vno comprendere ſparſim
Quicquid habent veterum tot monumenta σοφῶν.
Si dedit antiquis prior ætas numen, & aras;
Maiora huic debet præmia poſteritas.

ANI-

ANNIBALIS BVFALI
ART. MED. DOCT.

Ad Autorem.

EPIGRAMMA.

PRISCA ætas coluit ſtatuis, & numinis inſtar
Qui medica morbis arte tuliſſet opem;
Hinc, & Phillirides, Podalirius, atque Machaon,
Ex his quiſque ſuo cultus honore micat;
Tu CASTELLE *doces artem exercere Deorum,*
Ingenij mira dexteritate tui;
Diuidis in partes medicam clariſſimus artem,
Et dignum cedro nobile condis opus;
Agmina, quo poterunt breuiter ſtudioſa, iuuari,
Præceptiſque frui, docte Galene, tuis;
Sic tibi tergrates ſtudijs addicta Iuuentus
Reddet, vt inuideat patria quæque tuæ.

MEDICINÆ STVDIOSIS

Autoris, Exaſthicon.

ΛΑ'μβανε, τοῦ ἔργου, ἰατρῆς, μεγάλοιο Σύνοπσιν
ἔναι βουλόμενος φαρμακοποιος ἀνὴρ.
Αλλὰ σὺ, ταῦτα τεῷ ἀεὶ ἐνικάτθεο θυμῷ,
Ημέρας ἠ' νυκτὸς, ταῦτα ἔγραψα λαβὼν
Δεύτερος Ηπποκράτης, κὶ δέυτερος ἄλλος Απόλλων
Ηδ' Ασκουλάπιος ἠδε Γαληνὸς ἔσῃ.

Autores, qui citantur in hac Synopſi.

Ariſtoteles.
Hippocrates.
Galenus.
Auicenna.
Dioſcorides.
Meſue.
Raſis.
Cornelius Celſus.
Aëtius.
Paulus Ægineta.
Serapion.
Matthiolus.
Gabriel Falloppius.
Nicolaus Maſſa.
Michaël Sauonarola.

VNI

VNIVERSAE ARTIS MEDICAE PER DIVISIONEM COMPENDIVM, ET SYNOPSIS,

EX GALENI, AVICENNAE, ET probatiſſimorum autorum doctrinis excerpta.

AVTORE BARTHOLOMAEO CASTELLO Meſſanenſi, Philoſophiæ, Medicinæ, & Sacræ Theologiæ Doctore.

TABVLA PRIMA.

Primariæ Medicinæ partes, ex Galeno lib. qui Introductio, ſeu Medic' dicitur, et lib. de Conſtit. art. quinq; ſũt.

NATVRALIS, quę hominis naturã indagat, & res naturales, quibus cõſtituitur cõſiderat, & dicitẽ φυσιολογικόν.

Sanatiua, quæ ſanitatem conſeruat, & ne deperdatur per res non naturales præcauet, et dicitur ὑγιεινόν.

AEthiologica, quæ morbos, ipſorum cauſas, & effectus ſpeculatur, diciturque αἰτιολογικὸν καὶ παθολογικόν.

Significatiua, quę ſigna et iudicia, proſperę & aduerſæ valetudinis rimatur, & dicitur σημειωτικόν.

Curatiua, quę ſanitatẽ amiſſã reſtituit, et dicitẽ θεραπευτικόν.

Hinc quinque fiũt medicinæ conſiderata.

Res naturales.

Res non naturales.

Res ꝑter naturã.

Signa.

Medicamenta.

Libri Galeni ad primã Medicinę partem pertinentes, ſunt, De Elementis, Temperamentis, Atra bile, Optima corporis conſtitutione, Bona habitudine, Anatomicis adminiſtrationibus, Vſu partium, Vtilitate reſpirationis, Cauſis reſpirationis, Vſu pulſuum, Subſtantia facultatum naturalium, Hippoc. & Platonis decretis, Naturalibus facultatibus, Motu muſculorum, Fœtuum formatione, An animal ſit id quod in vtero eſt, In librum Hippoc. de natura humana, De eadem agit Auic. prima primi.

Ad ſecundam Medicinæ partem pertinent, liber Hippoc. de Aëre, aquis, & locis, Alimentorum facultatibus, Succorum bonitate & vitio, Salubri diæta, Attenuante diæta, Ptiſana, Paruæ pilæ ludo, Cognoſcendis curandiſque animi affectibus, Cuiuſque animi peccatorum notitia atque medela. Conſuetudine, Sanitate tuenda, Ars tuendæ ſanitatis num ad medicinalem artem ſpectet. Auic. tertia primi.

Pathologici ſunt, De differentijs & cauſis morborum & ſymptomatum; Differentijs febrium, Inæquali intemperie, Maraſmo, Comate, Palpitatione tremore, rigore, conuulſione, Difficultate reſpirationis, Plenitudine, Tumoribus præter naturam, Morborum temporibus, Totius morbi temporibus, Typis, Ad eos qui de typis ſcripſerunt, In libros Epidimiorum Hippocratis. Auic. ſecunda primi.

Simiotici ſunt, De locis affectis, Pulſibus ad tyrones, Differentijs pulſuum, Dignotione pulſuum, Cauſis pulſuum, Præcognitione ex pulſibus. Vrinis, Criſibus, Diebus decretorijs. In Primum Prorrhetici librum, In Prognoſtica Hippocratis, Præſagijs ex inſomnijs. Auicenna 3. primi doct. 5. & ſecunda quarti.

Therapeutici ſunt, De ſimplicium medicamentorum facultatibus, Subſtitutis medicinis, Purgantium medicamentorum facultate, Theriaca ad Piſonem, Vſu theriacæ, Antidotis, Compoſitione medicamentorum localium, Compoſitione medicamentorum per genera, Ponderibus & menſuris, Hirudinibus, Venæ ſectione, Curandi ratione per ſanguinis miſſionem, Methodo medendi, Arte curatiua ad Glauconem, Quos purgare conueniat, Victus ratione in morbis acutis, Remedijs paratu facilibus, De puero Epileptico, Natura humana, Oculis, Renum affectuum dignotione, Iis quæ in medicatrina, Fracturis, Articulis, Faſcijs. Auicenna 4. primi.

PRI-

PRIMAE TOTIVS MEDICINAE PARTIS, QVAE eſt de rebus naturalibus, Synopſis.

TABVLA SECVNDA.

- [a] Res naturales.
  - [b] Principia
    - Summa caliditas.
    - Summa frigiditas.
    - Summa humiditas.
    - Summa ſiccitas.
    - → Quæ ſi materiæ inſint, faciunt elementa.
  - [c] Elemēta
    - Ignis.
    - Aër.
    - Aqua.
    - Terra.
    - → [l] Quę per eorū exceſſum aliter dicūtur.
      - Calidum
      - Frigidum
      - Humidum
      - Siccum.
  - [d] Humores
    - [m] Naturales.
      - Primarij.
        - Sanguis
        - Pituita
        - Flaua bilis
        - Atrabilis.
        - → Qui sūt.
          - Tēperatus
          - Frigida, & humida,
          - Calida & ſicca
          - Frigida, & ſicca.
      - Secundarij.
        - Innominat⁹
        - Alimētari⁹
        - Carniformis
        - Primogenit⁹
        - → Ex horū abſentia, oriūtur quatuor ſiccitatis genera.
    - [n] Non naturales.
      - [o] Pituita non naturalis.
        - Vitrea, vel cruda
        - Dulcis
        - Acida
        - Salſa.
      - [p] Flaua bilis nō naturalis.
        - Vitellina
        - Porracea
        - Eruginoſa
        - Iſatidis
        - Cęrulea.
      - [q] Atra bilis nō naturalis.
        - Acida,
        - Radens, (pituita.
        - Quæ eſt ex aduſta
  - [e] Corpus
  - [f] Partes
  - [g] Temperamēta
  - [h] Virtus
  - [i] Actio
  - [k] Spiritus.

a ¶ *De rebus naturalibus Galenus ſparſim, vt ſuperius docui, ſed præſertim lib. de Ocul.par. 3.cap.2. Auic. prima primi, & in Cantic. in principio, vbi licet ſeptem tantum enumeret, duo tamen illis non immerito addidi, principia & corpus.*

b ¶ *Gal.1. de Natur. hum.13. & 1.de Elem. ſecundum Hipp.c.6. vbi diſtinguit principia ab elementis.*

c ¶ *Gal.lib.de Element. et lib. de Cõſtit.art.c.9. Auic. prima primi d.2.*

d ¶ *Gal.lib.de Atrabile, De Natur.hum. Auic.ibid. d.4.*

e ¶ *Gal. 1. Artis paruæ.*

f ¶ *Gal.lib.de Vſupart. & de Anatom.adminiſt. Auic.ibid. d.5.*

g ¶ *Gal.lib.de Temperam. Auic.ibid.d.3.*

h ¶ *Gal. lib.de Virt. noſt.cor. diſpen. Auic.ibid.d.6.*

i ¶ *Gal.lib.de Loc. affect. & different. ſympt. Auic.d.6.*

k ¶ *Gal. 12.meth. Auic.ibid.*

l ¶ *Gal.1.de Element. ſecundum Hipp.*

m ¶ *Gal.com.1.de Humorib. Auic.ibid.d.4.*

n ¶ *Gal.& Auic.ibid.*

o ¶ *Pituitæ non naturalis Auic. prima primi, d.4.facit decem ſpecies, & prima quarti de febre phlegmatica facit quatuor ſpecies, cum Gal. com.1.de Natur.hum.31. Sed idem Gal. 2.de Differ. feb. cap.6. facit tres tantum, reducendo vitream ad acidam, omnes verò ad has tres reducuntur.*

p ¶ *Gal.com.1. de Natura hum.*

q ¶ *Auic. prima primi ſex facit ſpecies, quas ad tres reduco.*

TABVLA TERTIA.

Corp⁹ de quo Gal. fusè 1. art.paruæ.
- *Salubre* / *Inſalubre* — *Vtrũq; eſt tale.*
  - *Simpliciter.*
    - *Semper* / *Vt multũ* — *Vtrũq;*
      - *Exquiſitum*
      - *Exquiſititius*
      - *Exquiſitiſſimum.*
  - *Vt nũc*
- *Neutrũ*
  - *Per negationem extremorum.*
  - *Per participationẽ extremorum.*
    - *Simul.*
      - *Aequaliter.*
      - *Inæqualiter.*
    - *Succeſſiue.*

SY-

SYNOPSIS PARTIVM humani corporis.

§ TABVLA QVARTA. §

- Partes. [a]
  - Similares [a]
    - Ex natura rei.
      - Fibræ, Membrana ſeu panniculus
      - Caro ſimplex, Adeps, Oſſa, Cartilago
      - Ligamentum, ſeu condroſindeſmos
      - Neruus, Medulla.
    - Sẽs' iudicio
      - Venæ
      - Arteriæ.
  - Ex ſanguine factæ ſunt, licet exangues ſint. [b]
    - Os, Cartilago
    - Arteria, Vena
    - Neruus, Adeps
    - Glandula
    - Membrana
    - Medulla.
  - Diſſimilares. [a]
    - Inſtrumẽtales.
      - Manus
      - Caput
      - Pes, etc.
    - Inſtrumẽtum.
      - Principale. [c]
        - Cor
        - Cerebrum
        - Hepar
        - Teſtes.
      - Miniſtrãs [d]
        - Arterię
        - Nerui, Muſculi
        - Venę
        - Vaſa ſeminaria.
          - Præparatoria
          - Delatoria.
      - Se regit & regit. [d]
        - Ventriculus
        - Inteſtina
        - Lien
        - Renes.
      - Nec regit nec regit. [d]
        - Os, Ligamentum
        - Membrana
        - Cartilago
        - Glandula
        - Pinguedo.

a ¶ Gal. pr. de Elem. cap. 8. inter partes ſimilares enumerat fibrã, membranã, adipẽ, os, cartilaginẽ, ligamentum, neruũ, cerebrũ. Sed c. 3. de Differ. morb. addit venam et arteriam, quas eodẽ lib. 4. inter inſtrumentales ponit; & lib. de Inæquali intemp. eas dicit ex fibris & membranis compoſitas. In proœmio comment. lib. de Natur. hum. inter partes ſimilares, addit pilum et vnguem. Ariſt. cap. 2. & 3. de Hiſtor. animal, addit ſanguinem, ſaniem, ſęuum, excrementa, ſtercus, pitui

tam, vtranq; bilem. Tu ſapiens omnia loca concilia.

b ¶ *Gal.2.de Naturalib.facult.claſ.1.pag.596.g.in Tegni cap.9.*

c ¶ *Gal.lib.de Arte curat.ad Glauc.cap.14.et 5.de loc.aff.cap.1.Auic. prima primi d. 6.Oppoſitum tenet Ariſt.vnum eſſe membrum princeps Cor.3.de part. animal cap.4.*

d ¶ *Auic. ibid.doc.5.cap.1.G.2.tegni.*

TABVLA QVINTA.

- [a] *Temperamentum.*
  - [b] *Tēperatum.*
    - [b] *Ad Iuſtitiam, ſeu in ſingulis generib'.*
    - [b] *Ad pond' ſeu ſimpliciter.*
  - [b] *Intēperatum.*
    - [c] *Sanatiuū quod ītra limites ſanitatis ex iſtēs, coincidit cum tēperato ad Iuſtitiā.*
    - [c] *Morbificū, quod excedit limites ſanitatis.*

Hæc quatuor temperamenta cōſiderantur in

- [b] *Qualitatib' primis, de qb' infra tab. 6.*
- [d] *Tēporibus anni.* Quæ ſūt.
  - *Vere* — *Temperatum.*
  - *AEſtate* — *Calid. Sic.*
  - *Autumno* — *Frig. Sic.*
  - *Hyeme.* — *Frig. Hum.*
- [e] *Ventis* Qui flāt & ſūt.
  - *Euro* — *Oriēte, cal. ſic.*
  - *Auſtro* — *Merid. cal. hu.*
  - *Fauonio* — *Occid. cal. hu.*
  - *Aquilone* — *Septētr. cal. ſic.*
- [g] *Aetatibus.*
  - *Pueritia, Pubertate, Adoleſcētia* — *Quę oēs ſūt calidę et humi. ſm̄ magis & min' differētes*
  - *Iuuentute, Conſiſtentia, Senectute.* — *pter ſenectutē quæ à toto genere eſt frigida, & ſicca.*
- [h] *Qualitatib' ſecūdis q̄ ſunt.*
  - *Viſibiles, Audibiles, Odorabiles* — *Ex quib' nō habeť certa temperies.*
  - *Tāgibiles quarū ē Iudex Tact'.*
  - *Guſtabiles, ut ſapores, de qb' īfra*
- [i] *Saporib' quorum alius eſt*
  - *Aſtringens, Auſterus, Acerbus* — *Frig. & hum.*
  - *Acidus, frigid. ſicc.*
  - *Dulcis, temperatus.*
  - *Amarus, Salſus, Acris.* — *Oēs calidi, ſed ſicci ſecundū magis, & minus.*
- *Simplicibus medicamētis, de quib' tab.7*

a ¶ *Gal.lib.de Temperamētis, Auic.prima primi d.3*

b ¶ *Gal.2.de Tēperam.c.1 & 1.de Temperam.ca.6. 3.aphor. 2.Auic.prima primi d.3. cap.1*

c ¶ *Gal.lib.de different.feb.*

d ¶ *Gal.*

d ¶ Gal.lib.1.de Temperam. cap.4. Auic.ſecunda primi, d. 2.cap.3.
e ¶ Gal.3.de Humor. Auic.ſecunda primi,d. 2. cap.8.
g ¶ Gal.2.de Temperam.cap.2. Auic. ibid. d.2.cap.3.
h ¶ Gal.1.de Elem.cap.9.
i ¶ Gal.5.de ſimpl. med. fac.cap.26.

TABVLA SEXTA.

Temperamentũ primarũ qualitatum (b)
- *Cũ materia.* (b)
- *Sine materia* (b)

Vtraq; eſt vel.
- *Simplex.* (b)
  - *Calida*
  - *Frigida*
  - *Humida*
  - *Sicca.*
- *Cõpoſita.* (b)
  - *Cal. ſic.*
  - *Frig. ſic.*
  - *Cal. hum.*
  - *Frig. hu.*

Vel
- *Abſolutè, vt ſit immixtũ et ſimplex, ceu Ignis Aër, &c.* (b)
- *Per exuperãtiã.* (b)
  - *Simpliciter nulli collatũ niſi ad vniuerſam ſuã naturã,*
  - *Nõ ſimpliciter, ſed collatũ, uel ſymmetro eiuſdẽ generis, vel cuilibet obuio.*

b ¶ Gal. ſecundo de Temperam. cap. 1. & 1. de Temperam. cap. 6. 3. Aphor. 2. Auic. prima primi d. 3. cap. 1.

TABVLA SEPTIMA.

Temperamentũ ſimplicium medicamentorum; quorum aliqua.
- *Vegetant.*
  - *Arbores, Plantæ, Frutices, Frondes, de quibus Tab.8.*
  - *Fructus, de quibus, Tab.9.*
  - *Flores de quibus, Tab.10.*
  - *Ligna, de quibus, Tab.11.*
  - *Semina de quibus, Tab.12.*
  - *Cortices, de quibus, Tab.13.*
  - *Succus expreſſus ſtillaticius, de quo, Tab.14.*
  - *Radices, de quibus, Tab.15.*
  - *Gummi, de quibus, Tab.16.*
- *Vegetant & ſentiunt, vt animalia, eorumque partes, de quibus, Tab.17*
- *Nec vegetãt, nec ſentiũt, ut mineralia, de quibus, Tab.18*

DE TEMPERAMENTO ARBORVM, Plantarum, Fruticum, Frondium.

TABVLA OCTAVA.

ABrotonum, calidum ſiccum in tertio Gal.6.de ſimplic.med fac. calidum in primo, ſiccum in ſecundo, Auic.lib.2.cap.66.
Abſinthium cal. in 1.ſic, in 3. G. 6. ſimpl.ſic. in 2. A.lib.2.cap.2.
Abſinthium marinum cal. in 2.ſic. in 3 A. cap.659.
Acalephe, vrtica, leuiter calida G.6.ſimpl. cal.in 3. ſic. in 2. Auic. cap. 714.
Acanthium & Acanthion cal.G.6.ſimpl.
Acantha leuce, ſpina alba cal.ſic. G.6. ſimpl.
Acantha ægyptia, ſimilis ſpinę albæ licet paulo validior G.6 ſimpl.
Acanthos, ſpina vulgaris, pæderota, ſic. G.6. ſimpl.
Acetoſa frig.ſic.in 2. Auic.cap.53.
Aconitum, deleteriæ facultatis, A.cap.361.
Acte quæ & Ebulus & Sambucus frig. ſic.G.6.ſimpl.
Adiantum in actiuis ſymmetrum, G.6.ſimpl. ſed A.c.100.dicit declinare ad paruam caliditatem & ſiccitatem.
Aegilops Auena, feſtuca, cal.G.6. ſimpl.cal.in 1.ſic. in 2.A.c.211.
Aizoon, Semperuiuum frig.in 3.ſic. in 1.G.6.ſimpl.
Agerantum cal.G.6.ſimpl.
Agnos, Agnus caſtus, Vitex cal.ſic.in 3.G.6.ſimpl. cal.in 1. ſic. in 2. Auic.43.
Agroſtis, Gramen, frig.ſic.modice G.6 ſimpl.
Aiuga, Iua artetica, Camæpyteos, cal.in 2. ſic.in 3. Auic.131.
Alga, Brion talattion, frig.ſic.in 2.G.8. ſimpl.
Alcanna, Liguſtrum, frig. in 1.ſic.in 2. A.50.
Alimum diſſimilaris, ſed eius maior pars, cal. & hum. G.6.ſimpl.
Almalmacora cal.in 3. ſic.in 2. Dioſc. & Auic. 458.
Allium, Scorodon, cal.ſic.in 4. G.8 ſimpl.
Aliſma, Damaſonium, Fiſtula paſtoris, cal. ſic. in principio ſecundi Auic. 244.
Alyſſon, cal ſic. G.6. ſimpl. cal.ſic. in 1. Auic.cap.26.
Alſine, Auricula muris, Malua, frig. & hum.G.6.ſimpl. frig.hum. in 1. Auic.cap.18.
Althæa, Ebiſcus, cal.cum æqualitate Auic.cap.72.

Ama-

Temperamentum Arborum, Frondium, Fruticum, Plantarum, Olerum.

Amaracon, Maiorana, cal. in 3. ſic. in 2. G. 6. ſimplic.
Amaranthum, cal. ſic. G. 6. ſimplic.
Ambroſia, cal. ſic. G. 6. ſimplic.
Ampelos agria, cal. ſic. G. 6 ſimplic.
Ampelos hemeros, Vitis ſatiua & culta, ad omnia ſimilis agreſti, ſed imbecillior, G. 6. ſimplic.
Ampelos leuce, Vitis alba, Pſilothrum, cal ſic. moderate, cal. ſic. in 3. Auic. cap. 262.
Ampelos melena, Vitis nigra, Brionia, Similis viti albæ, ſed imbecillior, Gal. 6. ſimplic.
Ampeloprasōn, Allium Syluestre, eiuſdem cum Allio ſatiuo qualitatis, ſed intenſioris, Gal. 6 ſimplic.
Anagallis, cal. ſic. Gal. 6. ſimplic.
Anagyrus, cal. ſic. Gal. 6 ſimplic.
Anchuſa, frig. ſic. vehementer, Gal. 6. ſimplic. cal. ſic. in 2. Au. 442.
Andrachne, Portulaca, frig. in 3. hum. in 2. Gal. 6. ſimplic.
Androſaces, cal. ſic. Gal. 6. ſimplic.
Androſæmum, frig. ſic. Gal. 6. ſimplic.
Anemone, cal. ſic. Gal 6. ſimplic. cal. hum. in 2. Auic. 655.
Anethum, cal. in 2. vel 3. ſic. in 2. Gal 6. ſimpl. Auic. cap. 69.
Anthæmis, Chamæmelum, cal. ſic. in 1. Gal. 6. ſimplic.
Aparine, cal. ſic. Gal. 6. ſimplic.
Apium, Selinon, Smyrnion, cal. ſic. valenter, Gal. 8. ſimplic. cal. in 1. ſic. in 2. Auic. 55.
Apocynum, cal. in 4. ſic. in 3. Gal. 6. ſimplic.
Arbutus, Comarus, frig. ſic. Gal. 6. ſimplic.
Arceutus, Iuniperus, cal. ſic. in 3. Gal. 6. ſimplic.
Arctium, Lappa minor, cal. ſic. Gal. 6 ſimplic.
Argemone, cal. ſic. Gal. 6. ſimplic.
Ariſarum, cal. ſic. Gal. 6. ſimplic.
Ariſtolochiæ omnes ſpecies ſunt, cal. in 3. & ſic. in 2. Auic. 49.
Arnogloſſum, Portulaca, frig. ſic. in 2. Gal. 6. ſimplic.
Artemiſia, cal. in 2. ſic. in 1. Gal. 6. ſimplic.
Arum, Luf, Dracunculus, Lupha, cal. ſic. in 1. Gal. 6. ſimplic. cal. in 1. ſic, in 2. Auic. 432.
Arundo, vehementis infrigidationis, Auic. 65.
Aſarum, cal. ſic. in 3. Serap. cap. 244. Auic. cap. 4.
Aſpalatus, diſſimilaribus conſtat partibus calidis, & frigidis, ſemper

tamen ſiccantibus, Gal.6.ſimplic.cal.in 1.ſic.in 2. Auic. c. 206.
Aſparacus, in actiuis temperatus, in paſſiuis ſiccus, Gal.6.ſimpl. ſed apud Auic. cap.603. eſt calidus.
Aſphodelus, cal.ſic. Auic.73. & reprahendit eos qui dicunt frig. & humidum.
Aſplenum, Scolopendria, Cetrach, non eſt cal. Gal.6.ſimplic.cal.in 1. ſic.in 2. Auic.630.
Aſter atticus, miſtæ potentiæ, calidæ & frigidæ, vt roſa, G.6.ſimplic.
Aſtragalus, frig.ſic. Gal.6.ſimplic.
Attractylis, Cnicus, Cartamus, cal.ſic.modice. Gal.6.ſimplic. Satiuus cal.in 1.ſic.in 2. Syluestris, cal.in 2.ſic.in 3. Auic.159.
Atraphaxis, Atriplex, frig.in 1.hum.in 2.G.6.ſimplic.frig.et hum. in 1.apud quoſdam temperatus, Auic.149.
Auena, vide Aegilops.
Auricula muris, vide Alſine.

B

Barba hyrcina, frigida in primo, ſicca in tertio, Auic.111.
Batrachium, cal.ſic.valide, Gal.6.ſimplic.
Batus, Rubus, frig.hum. Gal.6.ſimplic.
Becchium, Tuſſilago, cal.hum. Gal.6.ſimplic.
Beta, Sicla, apud quoſdam eſt cal.ſic.in.1.apud quoſdam frigida, ſemper tamen humida, Auic.636.
Betonica, calida & ſicca, Gal. 7.ſimplic.
Blitum, olus iamenum, frig.hum.in 2.Gal.6.ſimplic.
Bolbos emeticos, Bulbus vomitorius, cal.ſic.Gal.6.ſimplic.
Bolbos eſculentus, Bulbus ſatiuus, cal.ſic. imbecillior ſuperiori, Gal. 6.ſimplic. cal.ſic.in 3. Auic.85.
Braſſica, Caulis, Cãbre, cal.ſic.Gal.6.ſimpl.cal.in 1.ſic.in 2.A.139
Braſſica ſylueſtris, calidior, ſiccior, ſatiua, Gal.7.ſimplic.
Braſſica marina, quæ vulgo Soldanella, cal.ſic. Gal.7.ſimplic.
Brathi, Sabina, cal.ſic.in 3.Gal.6.ſimplic.
Bretanica, cal.ſic.Gal.6.ſimplic.
Bryonia, vide Ampelos melæna.
Bryon talattion, vide Alga.
Bubonium, cal.& ſic.Gal.6. ſimplic.
Bugloſſum, lingua bouis, cal.hum.Gal.6.ſimplic.in actiuis æqualis, in paſſiuis humida, Auic.228.
Bunium cal.ſic.Gal.6.ſimplic.

Temperamentum Arborum, Frondium, Fruticum, Plantarum, Olerum.

Temperamentum Arborum, Frondium, Fruticum, Plantarum, Olerum.

Buphthalmum,cal.ſic.Gal.6.ſimplic. cal.in 2.ſic.in 1.Auic.97.
Bulbus ſatiuus & vomitorius,vide ſupra Bolbos.

C

Calamintha,Nepeta,vehementer,cal.ſic.Gal.7.ſimplic.
Capnios,Fumaria, Fumus terræ,frig.in 1.ſic. in 2. Auic.275.
Carduus, cal.in 1. hum. in 2. Auic. 332.
Carya nuces,cal.hum.Gal.7.ſimplic.
Caucalis,cal.ſic.Gal.7.ſimplic.
Cauda equina,cal.ſic.Gal.6.ſimplic.
Cedrus,cal.ſic.in 3.Gal.7.ſimplic.cal.ſic.in 4. Auic.160.
Centaurium maius, ex miſtis eſt qualitatibus actiuis, ſemper tamen ſiccantibus,Gal.7. ſimplic.
Centaurium minus,cal.ſic.Gal.7.ſimplic.
Chamæciſſos,cal.ſic.Gal.8.ſimplic.
Chamædris,cal.ſic.in 3. Gal. 8. ſimplic.
Chamæleuce, cal. ſic. Gal. 8. ſimplic.
Chamæmelum, vide Anthemis.
Chamepytis,cal.in 2. ſic.in 3. Gal.8.ſimplic.
Chelidonium,cal.ſic.in 3. Gal.8.ſimplic.
Cicuta,frig.ſic.in 3. vſque ad 4. Auic.662.
Chondrila,cal.ſic. Gal.8.ſimplic.
Chryſocome,cal.ſic. Gal.8.ſimplic.
Cicorium, frig.hum.in 2.Gal.8.ſimplic.
Cinochrambe,cal.ſic. valide, deleteriæ facultatis,Gal.6.ſimplic.
Cipariſſus, Cupreſſus, calid.modice,ſed ſiccus valide,Gal.7.ſimplic.
Circæa, calid. & hum. Gal.7. ſimplic.
Ciprus, compoſita ex actiuis & paſſiuis qualitatibus,G.7.ſimplic.
Ciſſos,Hedera,conſtat contrarijs qualitatibus,Gal.7.ſimplic.
Ciſtus, frig. in 1 ſic.in 2. Gal.7.ſimplic.
Citrago, Melliſophyllum,ſimilis Marrubio,Gal.7.ſimplic.
Cinosbatus, ſiccus valdè, Gal.7.ſimplic.
Citiſus,ſimilis maluæ, Gal.7.ſimplic.
Clematis,cal.in 4.ſic.Gal.7.ſimplic.
Clinopodium,cal.ſic. in 3. Gal.7.ſimplic.
Colochynthis,cal.ſic. Gal.7.ſimplic.cal.ſic.in 3. Auic.127.
Comarus,vide Arbutus.
Conyza,cal.ſic. in 3. Gal. 7.ſimplic.
Coriandrum,apud Dioſcor. frig. apud Gal.7.ſimplic. miſtarum qua-

litatum, apud Auic. 140. frig. in 1. ſic. in 2.
Coronopis, ſimilis hermodactilis, Auic. 560.
Cotyledon, Vmbilicus Veneris, miſta ex actiuis, & paſſiuis, Gal. 7. ſimplic.
Crambe, vide Braſſica.
Crania, vide Cornus.
Crocus, cal. in 2. ſic. in 1. Gal. 7. ſimplic.

D

DAmaſonium, vide Aliſma.
Daphne arbor, Laurus, calfacit, & deſiccat vehementer, Gal. 6. ſimplic.
Dictamnum, Pulegium, cal. ſic. in 3. Auic. 461.
Dipſacos, cal. ſic. in 2. Gal. 6. ſimplic.
Doricnidium, temperamento mandragoræ & papaueri ſimile, Gal. 6. ſimplic.
Dracuntium, Dracunculus, vide Arum.
Dryopteris, Filicula, ex miſtis qualitatibus, Gal. 6. ſimplic. cal. ſic. vehementer, Auic. 219.
Drys, Quercus, ſiue Robur, cal ſic. in medio, Gal. 6. ſimplic.

E

EBiſcus, vide Althæa, Malua agreſtis.
Ebulus, vide Acte.
Echinus herba, habet fructum calidum, ſiccum, Gal. 6. ſimplic.
Elatine, frigida, ſicca modice, Gal. 6. ſimplic.
Elaphoboſcus, cal. ſic. in 2. Gal. 6. ſimplic.
Empetron, cal. ſic. Gal. 6. ſimplic.
Enula campana, vide Elenium.
Ephemerum, aliud letale deleterium, aliud ſimile Iri agreſti, ſimile Lilio, Gal. 6. ſimplic.
Epimedium, frig. hum. Gal. 6. ſimplic.
Epithimum, cal. ſic. in 3. Gal. 6. ſimplic.
Erice, calid. Gal. 6. ſimplic.
Erpyllus, ſerpillum, cal. ſic. Gal. 6. ſimplic.
Eruangina, Orobanche, Faba Lupi, Cauda Leonis, frig. ſic. in 1. Gal. 8. ſimplic.
Euphragia, calid. ſic. Matthiol. lib. 4. cap. 38.
Eupatorium, cal. in 1. ſic. in 2. Auic. 239.
Eſula, cal. in principio ſecundi, ſicca in fine tertij, Auic. 666.

Temperamentum Arborum, Frondium, Fruticum, Plantarum, Olerum.

F

FEſtuca, vide AEgilops.
Ficus arbor, liquor, & folia, valenter calida, & ſicca, ſed Ficus fructus arida, cal. in 1. et hum. recentes, verò, imbecilliores, G. 8. (ſimpl.
Filicula, vide Dryopteris.
Filix, calida, ſicca valde, Gal. 8. ſimplic. cal. ſic. in 2. Auic. 620.
Fœniculum, Marathrum, cal. in 3. ſic. in 1. Gal. 7. ſimplic.
Fœnugræcum, cal. in 2. ſic. in 1. Gal. 8. ſimplic.
Folium malabatrinum, Nardo ſimile viribus, Gal. 8. ſimplic.
Fraxinus, frig. ſic. Auic. 469.
Fumus terræ, vide Capnios.
Fungus, frig. & hum. admodum, deleteria, Gal. 7. ſimplic.

G

GAllium, cal. ſic. ſimile Aparinæ, Gal. 6. ſimplic.
Gingidium in actiuis miſta, in paſſiuis ſicca, Gal. 6. ſimplic.
Gith melanthion, Nigella, cal. ſic. in 3. Auic. 516.
Glaſtum ſatiuum & Syluestre, cal. in 1. ſic. in 2. Auic. 505.
Glaux, cal. & hum. Gal. 6. ſimplic.
Glaucium Memithe, frig. ſic. Gal. 6. ſimplic. frig. ſic. in 1. Auic. 470.
Glicon, Dictamnum, Pulegium, cal ſic. in 3. Gal. 6. ſimplic.
Gnaphalium, ſic. Gal. 6. ſimplic.

H

HAlica, triticum Romanum, frigidius tritico, Auic. 196.
Haſtula regia, quæ eſt Aphodilus, cal. ſic. Auic. 73.
Hedera, vide Ciſſos.
Hedioſmos, Mentha, cal. in 3. ſic. Gal. 6. ſimplic.
Hediſarum, cal. ſic. Gal. 6. ſimplic.
Helenium, vide Elenium.
Helleborus tum albus, tum niger, cal ſic. in 3. Gal. 6. ſimplic.
Hemionitis, cal. ſic. Gal. 6. ſimplic.
Herigeron, miſtæ facultatis frigidæ, & ſiccæ, Gal. 6. ſimplic.
Hippomarathrum, ſimile qualitatibus feniculo, Gal. 6. ſimplic.
Hippuris, Cauda equina, cal. ſic. Gal. 6 ſimplic.
Horminum, cal. in 2 hum. in 1. Auic. 692.
Hydropeper, ſimile piperi ferè, Gal. 8. ſimplic.
Hypecoon, frig. in 3. Gal. 8. ſimplic.
Hypochiſtis, frig. in fine primi, ſic. in 3. Auic. 111.
Hypogloſſum, cal. hum. Gal. 8. ſimplic.

Temperamentum Arborum, Frondium, Fruticum, Plantarum, Olerum.

Hyſſopum,calid.ſic.in 3. Gal.8.ſimplic.

I

ILex, vide Glans.
Intybus, Endiuia ſylueſtris,frig.ſic.in 1.domeſtica, frigidior, & humidior Auic.229.
Ios,Viola, frig. & hum. Gal.6.ſimplic.
Iſatis,calida ſicca,valenter,Gal.6.ſimplic.
Itea, Salix, frig.ſic. Auic.677.
Iuniperus,vide Archeutus.

L

LActuca, frigida & humida non extreme,Gal.6.ſimplic.
Lampſana,cal.ſic.Gal.7.ſimplic.
Lapathum,ſeu Rumex, vide Acetoſa.
Lappa minor, vide Arctium.
Laſerpitium,cal.ſic.in 3. Auic.cap.9.
Latyris,Granum regum,cal.ſic.in 3.Auic.473.
Laurus,vide Daphne.
Lichen,frig.ſic.Gal.7 ſimplic.
Lentiſcus, Symmetrus in actiuis, ſiccus in 2. Gal.8.ſimplic.
Leuce,Populus alba, miſtæ temperaturę, ex aquea tepida & terrena, Gal.7.ſimplic.
Leucoium,Cheiri, Viola alba, vulgo Balaco,cal.ſic.Gal.7.ſimplic.
Libonotides omnes calidæ, & ſiccæ ſunt,Gal.7.ſimplic.
Licoion,in calore ſymmetris proxima eſt,ſic.in 2. Gal.7.ſimplic.
Licoctonum,vide Aconitum.
Linozochoſtis,Mercurialis,cal.ſic.digerentis facultatis,Gal.7.ſimpl.
Liſimachios adſtringit valide, Gal 7.ſimplic.
Lotus domeſtica, Trifolium, vel Triphyllon temperata in actiuis, Agreſtis verò cal.in 2. Gal.7.ſimplic.

M

MAiorana; vide Amaracon.
Malache,Malua agreſtis,cal.& hum.Dioſcor.lib.2.cap.111.
Malua hortenſis, frig.hum.in 1.Auic.194.
Marathrum, vide Fœniculum.
Marrubium, Praſſium,cal.in 2.ſic.in 3. Gal.8.ſimplic.
Mecon, Papauer, frig.in 4. & hum. à quo omnes ſpecies papaueris plus minus frigiditatis,et humiditatis ſortitæ differũt,G.6.ſimpl.
Medium,Trifolium, temperatum, Gal.7.ſimplic.

Temperamentum Arborum, Frondium, Fruticum, Plantarum, Olerum.

Maiorana, Sampſycon, cal.ſic.in 3. Gal.8. ſimplic.
Melanthium, Nigella, cal.ſic.in 3.Gal.7.ſimplic.
Melilotum magis cal.quàm frig. ſed ſiccum Gal.7. ſimplic.
Melliſophyllon, vide Citrago, Gal.7.ſimplic.
Mentha, vide Hedioſmos, Gal.6. ſimplic.
Mercurialis, vide Linozoſtus, Gal.7.ſimplic.
Meriophyllon, frig.ſic. Gal.8.ſimplic.
Milax, Trachia, ſeu aſpera, cal.Gal. 7. ſimplic.
Moli, Ruta ſylueſtris, cal.ſic.in 3. Gal.8.ſimplic.
Myos otis, vide Auricula muris.

N

NApellus, Napy, calidus ſiccus in quarto, Gal.8.ſimplic.
Nardus ſtachy, Spica Nardi, cal.in 1. ſic.in 2. Gal.8.ſimpl.
Nardus celtica, ſimilis ſuperiori, Gal.8.ſimplic.
Narthex, Ferula, cal.ſic. Gal.8. ſimplic.
Nepitha, vide Calamintha.
Nerium Rhododaphne; Oleandrum, Rhododendron, deleterium aliјs animalibus, præterquam homini, calidum eſt, Gal.8.ſimplic. ſed calidum in tertio, & ſiccum in ſecundo, Auic.522.
Neuras, Poterium, cal.ſic.Gal.8.ſimplic.
Nux arbor, calida in tertio, ſicca in principio ſecundi, Auic.494.

O

OCimum, cal.in 2. & hum. Gal.8.ſimplic.
Oë Sorbus, frig.in 1.ſic.in 2. Auic.315.
Onobrychis, cal ſic. Gal.8.ſimplic.
Onoſma, ex acri et amara ſubſtantia, atq; ob id cal.& ſic.G.8.ſimpl.
Origanus, calidus & ſiccus in 3. Gal.8.ſimplic.
Orobanche, vide Eruangina.
Orobos, vide Eruum.
Oſiris, calida, & ſicca, Gal.8.ſimplic.

P

PAliurus, digerit et adſtringit atq; ob id calidus ſiccus, G.8.ſimpl.
Palma, Phœnix arbor frig. & hum. fructus verò calidus, & hum.Gal.8.ſimplic.
Papyrus arbor, frig.ſic. Auic.cap.136. Charta autem, cal.in 1.ſic. in 2.Auic.137.
Pardalianche, uide Aconitum.
Paronychia, cal.ſic. in 3. Gal. 8.ſimplic.

Parthe-

Parthemium,cal.in 3 ſic.in 2. Auic.712.
Peganon, Ruta Syluestris,cal.ſic.in 4. Gal.8. ſimplic.
Peplium, ſuccum obtinet ſimilem Tithymalo,Gal.8.ſimplic.
Peplos , facultate, ſimilis Peplio,Gal.8. ſimplic.
Periclymenos,Volucrum maius,cal.ſic.vehementer,Gal.8.ſimplic.
Periſtereon,ſic,Gal.8.ſimplic.
Perſea,frig. ſic.Gal.8.ſimplic.
Petaſites,cal.in 3. & ſic.Gal.8.ſimplic.
Peganon, Ruta,cal.ſic.in 4. Gal.8.ſimplic.
Phacos,vide Lenticula paluſtris.
Phalangites,cal. ſic. Gal.8.ſimplic.
Phaleris,tenue quiddam calidum habet, Gal.8.ſimplic.
Phyllitis,ſic.Gal.8.ſimplic.
Phlomus, Verbaſcum,cal.ſic.Gal.8.ſimplic.
Phænix, vide Palma.
Phorbium,cal.ſic.Gal.8.ſimplic.
Pinus , frig. ſic. Gal. 8. ſimplic. temperatus cum parua caliditate , Auic.280.
Pityuſa,ſimilem vim habet tithymalo,Gal.8. ſimplic,
Plantago, vide Arnogloſſum,Gal.6.ſimplic.
Platanus , humidioris , frigidiorisque eſſentiæ , non ita multo quam ſymmetra,Gal.8.ſimplic.
Polemonium,cal.ſic.Gal.8.ſimplic.
Policnemon,cal.ſic.in 2. Gal.8.ſimplic.
Polygalon,cal.& hum. Gal.8.ſimplic.
Poligonatum,miſtam habet qualitatem,& facultatem,Gal.8. ſimpl.
Poligonon, Seminalis,Virga paſtoris, Sãguinaria,frig.ſic.G.8.ſimpl.
Polium, cal.in 2. ſic.in 3. Gal.8. ſimplic.
Populus alba, vide Leuce arbor, eſt æqualis ad ſiccitatem tendens , Auic. 340.
Portulaca, vide Andrachne,frig.in 3 hum. in fine ſecundi, A.534.
Pentamogiton,adſtrĩgit,& refrigerat ſimiliter Poligono,G.8.ſimpl.
Poterium, vide Neuras.
Praſſium, vide Marrubium,cal.in 2.ſic.in 3. Gal.8.ſimplic.
Propolis,calida receſſu ſecundo iam completo, aut tertio incipiente , Gal.8. ſimplic.
Ptarmice, cal in 2. ſic.in 3. Gal.8.ſimplic.
Ptelea, Vlmus, ſubamarus, & adſtrictorius , quare calidus & ſiccus,

Temperamentum Arborum, Frondium , Fruticum , Plantarum , Olerum.

cus, Gal.8.ſimplic.
Pterix, vide Filix.
Pulegium, vide Glichon, calidum & ſiccum in tertio, Auic.461.

Q

QVercus, Glans, frig.in 1.ſic. in 2. Auic.279.
Quinque folium, vide Pentaphyllon.

R

RHa, Rheum, miſtam habet tum temperaturam, tum facultatem ex calido, frigido, humido, ſicco Gal.8.ſimplic.
Rhamnus, frig.in 1.ſic. in 2. Gal.8.ſimplic.
Rhododaphne, vide Nerium.
Rhus, frig.in 2.ſic.in 3. Gal.8.ſimplic.
Rubur, vide Drys.
Rubia paſſiua, vide Erythrodanum.
Rubus, vide Batus.
Ruta, vide Peganon.

S

SAbucus, vel Sambucus, cal.ſic. in 2. Auic.611.
Sabina, vide Brathy.
Sacaic, ideſt roſa rubea, vehementer, cal.hum.in 2. Auic.655.
Salix, vide Itea.
Saluia, vide Eleliſphacos.
Sampſycon, uide Maiorana.
Sanguinaria, vide Polygonon. (*Auic.706.*
Satyrium, & Triphyllon cal. & hum. Gal.8.ſimplic. cal. hum. in 1.
Scandix, calida, ſic. ſecundo intenſo Gal.8.ſimpl.
Scoenos Lia, vide Iuncus læuis.
Scolopendria, Cetrach, vide Aſplenum, cal.in 1.ſic.in 2. Auic.630.
Scorodopraſſon, ſicut guſtu & odore mediam Scorodi, hoc eſt Allij, & Praſſii, ideſt Porri qualitatẽ poſſidet, ita et viribus, G.8.ſimpl.
Scorpioides, calida in tertio, ſicca in ſecundo, Gal.8.ſimplic.
Secacul, calida, & humida in ſecundo Auic.663.
Selinon, vide Apium.
Seminalis, vide Poligonon.
Semperuiuum, vide Aizoon.
Seſeli, calidum & ſiccum in ſecundo, Auic.626.
Seriphum, cal.in 2. ſic.in 3. Gal.8.ſimplic.
Seris, vide Cicorium.

Serpillum, cal. in 4. Gal. 6. ſimplic.
Seſamum, emplaſticum, emolliens, modice calidum, Gal. 8. ſimplic.
Sica, vide Ficus arbor, & fructus. (*ſimplic.*
Sideritis, plurima eius pars humida eſt, & mediocriter frig. Gal. 8.
Simphitum magnum, & Petræum, contrariis conſtat viribus, calfaciendi, ſiccandi, abſtergendi, Gal. 8. ſimplic.
Sion, excalfacientis, & ſiccantis facultatis eſt., Gal. 8. ſimplic.
Siſymbrium, calfacientis, & reſiccantis facultatis eſt in tertio ordine, Gal. 8. ſimplic.
Siſon, calidus, ſubamarus eſt, Gal. 8. ſimplic.
Smilax, aut Cactus arbor, venenoſæ facultatis, Gal. 8. ſimplic.
Solanum Trychnon, frigidus, ſiccus in ſecundo ordine, Gal. 8. ſimpl.
Solatrum hortenſe, frig. in 1. ſic. in 2. Auic. 646.
Sonchus, frigidus ſiccus; ſiccatus verò modicam habet caliditatem, Gal 8. ſimplic.
Sparganium, calidum ſiccum, Gal. 8. ſimplic.
Spartum, Geniſta, non inſtrenuè trahentis eſt facultatis, & ob id calidæ; Gal. 8. ſimplic.
Spica Nardi, vide Nardu Stachys, excalfacit exceſſu primo, deſiccat ſecundo iam completo, Gal. 8. ſimplic.
Spina alba & ægyptia, vide Acantha Leuce, & Acantha ægyptia.
Spinachiæ, frig. & hum. in 1. completo, Auic. 596.
Splanchon, vide Bryon.
Spondylon, calidæ ſiccæ facultatis, Gal. 8. ſimplic.
Stachys, tertii eſt ordinis excalfacientium, Gal. 8. ſimplic.
Staphiſagria, calida, ſicca in tertio, Auic. 614.
Stoebes fructus, & folia mordacia ſunt, & deſiccant tertio ordine incipiente, Gal. 8. ſimplic.
Stoechas, calida in primo, ſicca in ſecundo, Auic. 594.
Stratiotes, aquaticus quidem frigida & humida, terreſtris ſicca, Gal. 8. ſimplic.
Struthion, quarto ordine, calida, ſicca, Gal. 8. ſimplic.

T

T*Elephium, calidum in ſecundo ordine, deſiccat eodem intenſo, Gal. 8. ſimplic.*
Telis, vide Fænugræcum.
Teſticulus Canis, vide Orchis, Radici eius vis ineſt calida & humida, ac guſtantibus dulciuſcula, Gal. 8. ſimpl.

Teu-

Teucrium, ſecundo ordine calfacit, tertio exiccat, Gal. 8. ſimplic.
Thaliatrum, vim habet exiccatoriam citra morſum, Gal. 8. ſimplic.
Thelipteris, vide Filix.
Thymus, in excalfaciendo, exiccandoque tertio ordine ſtatuitur, Gal. (8. ſimplic.
Thridax, vide Lactuca.
Tithymali omnes, valenter tum excalfaciunt, vtpotè ex quarto ordine, tum deſiccant, Gal. 8. ſimplic.
Tragion, in principio tertij ordinis, calida & ſicca, Gal. 8 ſimpl.
Tribolus, ex humida eſſentia, modice frigida, & ſicca non mediocriter, componitur, Gal. 8. ſimplic.
Trichnon, vide Solanum.
Trichomanes, eadem præſtat, quæ Adiantus. Gal. 8. ſimplic.
Trifolium odoratum, vide Medion.
Triphyllon, vide Satyrium.
Triphyllum, calidum & ſiccum, vtrinque tertio ordine, Gal. 8. ſimpl.
Tripolium; acris & calida in tertio exceſſu, Gal. 8. ſimplic.
Tuder, Horminus, cal. in 2. hum. in 1. Auic. 692.
Tuſſilago, vide Bechium.

V

VEnæ tinctorum, Celidonium maius, cal. & ſic. in 2. Auic. 727.
Veretrum, vide Elleborus.
Verbaſcum, vide Phlomus, deſiccandi, & detergendi vim poſſidet Gal 8. ſimplic.
Virga paſtoris, vide Sanguinaria.
Vitex, vide Agnos.
Vitis, vide Ampelos.
Vlmus, vide Ptelea.
Vmbilicus Veneris, vide Cotyledon.
Volubilis, eſt æqualis ad caliditatem declinans, & ſiccitatē, A. 724.
Volucrum maius, vide Periclemenos.
Vrtica, vide Acalephe.

Z

Zurumbet, Arnabo, cal. ſic. in 3. Auic. 736.

Temperamentum Arborum, Frondium, Fruticum, Plantarum, Olerum.

DE TEMPERAMENTO FRVctuum omnium, qui medicamentorum compoſitionem ingrediuntur.

TABVLA NONA.

ALLIVM, Scorodum, calidum ſiccum, vſque ad quartum, Gal.8 ſimplic.

Amigdalæ dulces, calidæ & humidæ in primo Auic.cap.57.amaræ, calidæ, & ſiccæ in ſecundo, Gal.6.ſimplic. Auic. cap. 57.

Anacardi, calidi ſicci in 4. Auic.cap.40. Matthiol. in tertio.

Aphace, calidus & ſiccus moderatè, Gal.6.ſimplic.

Artanita, Rapum, Hydnon, Cyclamen, Tuber terræ, Panis ſuillus calidus, ſiccus in tertio, Auic.cap.6.

Auellana, calida, & ſicca modicè, Auic.cap.42.

B

BEn, Balanus myrepſica, Glans unguentaria calida, & ſicca, Gal. 6. ſimplic. calida in tertio, ſicca in ſecundo, Auic.79.

Bromus, legumen eſt, frigidum & ſiccum, Gal.6.ſimplic.

C

Cæpe, Cromnion, calidum in quarto & ſiccum, Gal.7. ſimplic. calidum & ſiccum in tertio, Auic. 119.

Capparis, calida in primo, ſicca in ſecundo, Auic.138.

Carduus, calidus in tertio, ſiccus in ſecundo, Gal.8. ſimplic. cal. & hum. in 1. Meſ. temperatus in actiuis, humidus in 2. Auic.332.

Carpobalſamum, calidum, ſiccum in ſecundo, Gal.6.ſimplic.

Caſſia fiſtula, calida ſicca in tertio, Gal.7.ſimplic.

Caſſia lignea, calida ſicca in tertio, Gal.7.ſimpl. & Auic.151.

Ceraſus, frigidus & humidus- Gal.7.ſimplic.

Ceratonia, modice calida, ſed exiccantia & adſtringentia, G.7.ſimpl.

Chryſomila, Armeniaca mala, frig.& hum.in 2, Auic.143.

Cicer, Erebinthus, albus, calidus & ſiccus in primo, niger fortior, Auic.128. calidus & modice ſiccus, Gal.6.ſimplic.

Cici, Ricinus, calidus & ſiccus, Gal.7.ſimplic.

Citri cortex, calidus in 1. ſic. in 2. Auic.cap.116. ſed lib. de Virtut. Cord. tr.2.c.3. eſt calidus & ſiccus in tertio. Apud Gal. 7.ſimpl. in acti-

in actiuis temperatus. Caro eius calida & humida in 1. apud Auic. ſed apud Galenum, & Ras, cap. 219. frigida & hum. in 1. Acetoſitas frig. et ſic. in tertio. Semen calidum in 1. ſic. in 2. apud Auic. licet lib. de Virtutib. Cord. tract. 2. cap. 3. ſit in tertio, & in alia verſione frigidum, & ſiccum.

Coccos Bachicos, granum tinctorum, calidus & ſiccus, G. 7. ſimpl.

Coccos Gnidios, granum Gnidiũ, adurentis facultatis, Gal. 7. ſimpl.

Coni fructus, in medio actiuarum, in paſſiuis humidus, Gal. 7. ſimplic.

Coloquintis, calida, ſicca in tertio, Gal. de Cathartic. 94. Au. 127.

Cotoneum, ſiue Cydonium, frigidum in fine primi, ſiccum in principio ſecundi, Auic. 152.

Crataeogonos, ſimilis Millio, Gal. 7. ſimplic.

Crethmon, calidus & ſiccus, Gal. 7. ſimplic.

Cubebe, Carpeſium, calidum, ſiccum in tertio, Matthiol. lib. 1. cap. 10. ſed apud Auic. cap. 134. calidum & ſiccum in ſecundo.

Cucumis Sicyos, frigidus & humidus in ſecundo, Gal. 7. ſimplic.

Cucumeris agreſtis ſuccus, quẽ uocant Elateriũ, cal. in 2. G. 7. ſimpl.

Cucurbita, quae & Colochynte, frig. & hum. in 2. Gal. 7 ſimplic.

Cupreſſi fructus, calidus modicè, ſed ſiccus magis, Gal. 7. ſimplic.

D

DActili dulces, maturi, calidi in 1. Gal. 2. de Aliment. facult. im maturi, frigidi, & ſicci in ſecundo, Auic. 87.

Dadi. calidi & ſicci in ſecundo. Auic. 208. Serap. cap. 24.

Dend, calidus valde, Serap. cap. 348.

F

FAba, quae etiam Cyamos, frigida, & ſicca in 1. Gal. 7. ſimplic. vel temperata, recens declinat ad frig. & hum. Auic. 240.

Fagara, calida, & ſicca in tertio, Auic. 260. Meſ. in ſecundo.

Fagus, Glans, Ilex, Quercus, frig. in 1. ſiccus in 2. Auic. 279.

Ficus, fructus, aridae, calidae in primo, & humidae, recentes vero imbecilliores, Gal. 8. ſimplic.

G

GAlla omphacitis, Caecis, frig. in 2. ſic. in 3. Gal. 7. ſimplic. frig in 1. ſic. in 2. Auic. 308.

Gariophyllon, cal. ſic. in 3. Auic. 311. Paul. lib. 7. fol. 370.

Glans, vide Fagus.

Granum Lotę arboris, ideſt, Celtis, calida ſicca in 2. Auic. 298.

  - Color albus, Laxitas membrorum, Mollities tactus;
  - Viſcoſæ ſaliuæ multitudo, Paucitas ſitis;
  - Debilitas digerendi, vrinæ albedo, ſomnus multus;
  - Habetudo ſenſus, Segnities;
  - Pulſus tardus, & rarus;
  - Somnia rerum aquoſarum;
  - Complexio, ætas, tempus, regio, conſuetudo conſentiens
- **Bilioſi,**
  - Coloris, & oculorum citrinitas;
  - Oris amaritudo, Linguæ aſperitas, & ſiccitas;
  - Narium ariditas, Sitis multa, Delectari frigidis;
  - Pulſus velox, & frequens;
  - Nauſea Inappetentia, ἀνορέξια,
  - Vomitus bilioſus, et viridis; Fluxus vẽtris mordicatiuus
  - Horripilatio ad inſtar puncturæ acuum;
  - Complexio, ætas, regio, anni tempus, conſuetudo & ſomnium conſentiens.
- **Melãcholici.**
  - Corporis macies, color fuſcus;
  - Sanguinis nigredo, & craſſities;
  - Vigiliæ, ſollicitudo; Ardor oris Ventriculi;
  - Deſiderium mendoſum;
  - Vrina fuſca, nigra, rubea, groſſa,
  - Morphea nigra, morbus Splenis;
  - Complexio, ætas, anni tempus, regio, conſuetudo, & ſomnium conſentiens.

Hęc Signa, ſparſim collecta ſunt ex 9. meth. cap. 5. de cur. rat. per ſang. miſ. 4. com. 2. in lib. de Natura hum. 1. de plen. 3. 2. aphor. 17. 10. de cõpoſ. med. loc. c. 2. com. 3. in 1. de morb. vulg. 1. lib. de Dignot. ex inſomn. d. Alzar. lib. Theor. tract. 5. cap. 5; Raſ. tract. 2. cap. 20. Auic. 2 primi doct. 3. ſum. 1. cap. 7.

TABVLA LXII.

Signa Demonſtratiua Plenitudinis,

- *Vaſorum tm̄ κατὰ τὸ ἔγχυμα q̄ & Plethora dicitur,*
  - *Singulorum membrorum iners motus, & grauitas;*
  - *Vlceroſa, & laſſitudinaria ſenſio;*
  - *Faciei, & corporis rufus color;*
  - *Venarum amplitudo, et diſtenſio;*
  - *Cutis, & totius corporis tenſio;*
  - *Conſuetarum excretionum ſuppreſſio;*
  - *Pulſus plenus, & magnus;*
  - *Frequens Vrinæ mictus;*
  - *Inappetentia, & cibi faſtidium, ἀποσιτία;*
  - *Laſſitudo in Viſu; Somnia turbulenta.*
- *Virtutis tantum,*
  - *Repletio ſine Venarum latitudine, ſine cutis extenſione, ſine pulſu pleno, & magno, ſine craſſitie, aut rubro vrinæ, colore,*
  - *Comminutarum corporis partium ſenſus, ante motum, & exercitationem, non poſt;*
  - *Pruritus in ſomnis, mordicatio, incenſio, odor fœtidus.*
- *Vtriuſque ſimul,*
  - *Grauitas,*
  - *Segnities,*
  - *Inappetentia.*

Hæc omnia Signa ſparſim habet Galenus, 9. meth. cap. 5. de curandi ratione per ſang. miſſionem, cap. 4. com. 2. in lib. de Natura humana, cap. 1. lib. de Plenitud. cap. 1. 3. & 12. 2. aphor. 17. Raſis, tract. 2. cap. 19. Alzar. lib. Theor. tract. 5. cap. 4. 1. aphor. 3. lib. de Dignot. ex inſomnijs, lib. 2. de cauſ. Symptom. cap. 5.

TABVLA LXIII.

- *Obſtructionis, demõſtratina ſigna,*
  - *Eorum, quę ingeruntur, vel deferuntur, tardior tranſitus;*
  - *Meatuũ anguſtia ex uellicatione, uel adſtrictione pcepta;*
  - *Triſtis ſenſus, vel grauatiuus dolor, poſt cibum aſſumptũ;*
  - *Decolor, & prætumida facies.*

Gal, 5. loc. aff. 5. 9. meth. 2.

Signa demonſtratiua Febris, d

- *Subſtātialiter inherētib⁹ .i. à colore, qui ſi ſit,*
  - a *Vehementer mordax,*
  - b *Mediocriter mordax,*
  - c *Leuiter mordax,*
  - d *Homogeneus,*
  - e *In principio debilis, in proceſſu fortis,*
  - f *In principio fortis, in proceſſu debilis,*
  - *Demōſtrat,*
    - a *Acutas, et bili... ſas febres,*
    - b *Tertianā noth... & ſanguine...*
    - c *Benignas, et fri...*
    - d *Ephemerā, (da...*
    - e *Hethicam.*
    - f *Putridam,*
- *Qualitate mutata, vt à*
  - g *Sapore,*
    - *Amaro,*
    - *Acido,*
    - *Dulci,*
    - *Salſo,*
    - *Demōſtratur dominium,* h
      - *Flaux bilis,*
      - *Atræ bilis,*
      - *Sanguinis,*
      - *Phlegmatis.*
  - i *Colore,*
    - *Linguæ ad*
      - *Citrinitatem,*
      - *Nigredinem,*
      - *Rubedinem,*
      - *Albedinem.*
    - *Faciei, et Corporis, Ad*
      - *Palliditatem,*
      - *Ruborem,*
      - *Fuſcedinem,*
- *Exeūte mutato,* k
  - *Deiectionib⁹,*
  - *Vrina,*
  - *Sudore,*
  - *Sputo,*
  - *Singulorum,*
    - *Colore,* (Ad, ut supra)
    - *Substantia,*
      - *Tenui,*
      - *Craſſa,*
      - *Mediocri,*
    - *Quantitate,*
      - *Superflua,*
      - *Diminuta,*
- l *Actione læſa,*
  - *Diuerſitate Pulſus,*
  - *Rigore,*
  - *Diminutione appetit⁹,*
  - *Grauitate Capitis,*
  - *Spontanea laſſitudine,*
  - *Difficultate ſpirandi,*
  - *Dolore hypocūdriorū.*

a ¶ 1. *de differ. feb. c. 7*
b ¶ 6. *Auic. 1. quar. tract. 2. cap. 4.*
c ¶ 2. *de diffe. feb. c. 4*
d ¶ 1. *de diffe. feb. c. 7*
e ¶ *Gal. ibid. cap. 9.*
f ¶ *Gal. ibid. cap. 7.*

g ¶ *Lib. de Sympt. differ. cap. 5. 4. aphor. 17.*
h ¶ *Haly. lib. 10. Theor. cap. 2. Raſ. tr. 12. cap. 20. Auic. in Cant. 351*
i ¶ *Hippoc. & Gal. 1. Prognoſt. 5. 6. & 7. 2. de Temperam. cap. 5 3. Prognoſt. 34. 4. de tuend. ſanit. cap. 4. de ſympt. differ. cap. 5.*
k ¶ *De his ſingulis inferius ſuis locis.*
l ¶ *Gal. lib. 1. de Decret. cap. 6. Raſis 30. contin. tract. 1. cap. 1. Auic 1. quarti, tract. 2. cap. 2.*

T A-

TABVLA LXV.

Signa demōſtratiua tēporū vniuerſalium morbi, à

- [a] Cauſa morbi,
  - Principium, / Augmētum, / Status, / Declinatio. — Quādo,
    - [b] Nullū apparet coctionis ſignum,
    - [c] Debile apparet coctionis ſignum,
    - [d] Completa apparēt coctionis ſigna.
    - Perfectè expellitur materia morbi.
- Morbo, in morbis,
  - Acutis, & calidis,
  - Tempore calido,
  - Aetate calida,
  - Complexione calida,
  - Regione calida,
  - Victꝰ ratione calida.
  - [f] Omnia tempora ſunt breuiora, in frigidis longiora,
- [g] Symptomate.
  - Principium, / Augmentū, / Status, / Declinatio, — Cum oĩa accidētia,
    - Debilia apparēt,
    - Augētur, uehemētius affligūt, maturius inuadunt.
    - Sunt ſæuiſſima comparatiuè.
    - Minuuntur.

TABVLA LXVI.

Signa demōſtratina tēporū particularium morbi,

- Principij ſunt,
  - [h] Frigiditas extremitatum in interpolatis,
  - [i] Palledo, & Citrinitas faciei,
  - [k] Coarctatio pulſus,
  - [l] Propenſio ad ſomnum.
- Augmēti,
  - [m] Caliditas extremitatum in interpolatis,
  - [n] Coloratio faciei, & exeuntium non conſueta,
  - [o] Velocitas, & frequentia pulſus,
  - [p] Vigilia,
- Status,
  - [q] Cum hæc omnia conſtiterint.
- Declinationis, [r]
  - Calor ęquatur ſolito,
  - Corpus ſudat,
  - Pulſus æquatur.

a ¶ *Primo de criſ.c.3.7.18.1.aphor.12.* b ¶ *6.1.de criſ. ca. 18.20. com. 2. de vict. ratione 45. lib. 1. decret. cap.6. & lib.2. cap.2.*
c ¶ *De totius morb.tempor.c.3.* d ¶ *1.de criſ.7.1.aph.7.2.aph.30.*
e ¶ *1.de criſ.10.lib.de Humor.com.2.* f ¶ *1. aphor.12.*
g ¶ *1. aphor.12.& 7.1.de criſ.8.2.aph.30.* h ¶ *2.de differ. feb.c.11. 42. 3.de criſ.cap.9.* i ¶ *Gal.ibid.* k ¶ *Lib.de precog. ad Poſthum. cl.4.444. g.1.de differ.feb.c.7.in ſynopſ.c.20.* l ¶ *2. aph. 1. 2.loc. affect.c.8.* m ¶ *2.de differ. feb. c.11.42. 1.de differ.feb.cap.7.*
n ¶ *Ibid.* o ¶ *De toti' morbi tẽporib'.* p ¶ *2.aph.1.* q ¶ *Vbi ſupra.*
r ¶ *1.de criſ.cap.10. com.1. de vict. ratione in acut.46.*

TABVLA LXVII.

Prognoſtica Febris,

- *A rebus Naturalibus; Febres aduenientes,*
  - *Materia frigida, Sexu frigido, Aetate frigida, Arte frigida, Regione frigida, Tẽpore frigido, Virtute debili, Craſſis, Non conſuetis pati,*
    - [a] *Periculoſiores, lõgiores, difficilius generabiles, difficilius reſolubiles.*
- *A rebus Nõ naturalibus; Febres aduenientes,*
  - *Aëre calido, Cibo, et potu calido, Exercitio calido, Vigiliis, Accidentibus animi calidis, Superflua inanitione, Gracilibus,*
    - [b] *Minus periculoſę, breuiores, facilius generabiles, et facilius reſolubiles.*
- *A rebus Pręter naturam,*
  - [c] *A cauſa morbi,*
    - *Materia morbi frigida, Materia morbi calida, Materia morbi miſta,* — *Febris eſt;*
      - *Longior, Breuior, Media.*
  - [d] *A morbo, Febris,*
    - *Ephemera, Perperacuta, Peracuta, Acuta, Tropica, Chronica,* — *Habet ſtatum die,*
      - *Prima, Secũda, aut tertia, 6. aut 7. 14. vel circa, 27.30.vel 37. Quadrageſima.*
  - [e] *A ſymptomate, quod ſi ſit.*
    - *Sæuius, Mitius,* — *Facit morbum cæteris parib',*
      - *Breuiorẽ, et periculoſiorẽ. Longiorẽ, et min' periculosũ.*

a ¶ *2.de criſ. c.11. 12.1.aphor.14.2.aphor.25.34.39.40.44.49.50.*
b ¶ *2.aphor.3.25.34.44. 3.aphor.3.*
c ¶ *1.aphor.12.2.aphor.34.39.40.* d ¶ *1.aphor.12.1.dę criſ.10.2. decret. 12.3.progn.10.* e ¶ *2. aphor.23.*

TABVLA LXVIII.

Signa prognoſtica futuræ criſis per expulſionem,

- Perturbatio corporis ægrotantis, Difficiles tollerantiæ,
- Vigiliæ, deliria; Graues ſomni, tinnitus, ſonitus,
- Difficiles anhelitus, & ſenſus; Vertigines tenebricoſæ;
- Dolores capitis, colli, ſtomachi; Lacrimæ inuoluntariæ,
- Vrinæ, Menſtrui, hæmorrhoydarum retentio,
- Labii, vel alterius membri agitatio,
- Obliuio præteritorum, præſentium ignorantia,
- Vehemens rigor, multus æſtus, anticipatio acceſſionis,
- Sitis intollerabilis, inquietudo, nox precedens grauis.

¶ 2 aphor. 13. 3. de criſ. cap. 2. 3. 4. 5. 1. de criſ. c. 14. 8. lib. Decretor. c. 1. com. 3. prognoſt. 36. Auic. 2. quarti, tract. 2. cap. 3.

TABVLA LXIX.

Signa prognoſtica futuræ criſis per ſudorē,

- Pulſus vehementer vndoſus,
- Tactus cutis roridus, ad inflationem, tumefactionem, caliditatem, & rubedinem tendens.
- Vrina tincta die quarto, & incraſſata in ſeptimo,
- Rigor fortis, vehemens, poſt quem ſequitur vehemens febris uirtute exiſtente forti, & ſignis bonis,
- Febris incenſiua, quam præcedit rigor,
- Diminutio egeſtionis, & vrinæ, Somniū balnei, tinæ, et ſudoris.

¶ 3. de criſ. cap. 11. Auic. 2. quarti, tract. 1. cap. 7.

TABVLA LXX.

Signa prognoſtica futuræ criſis, per profluuiū ſanguinis nariū,

- Splendores, & fila rubea lucentia, oculis obuerſantia, (cūde,
- Oculorū hebetudo, oculi lacrimātes, Oculi, malæ, et nares rubi-
- Hypocundriorum ſine dolore tenſio, Difficultas ſpirandi,
- Inflammatio, & dolor capitis percuſſiuus,
- Viſcerum phlegmone, Pulſus altus, inundans,
- Nares prurientes, Dolor faciei, & temporum,
- Aetas, anni tempus, complexio, morbus, cōſuetudo cōſentiens.

¶ 3. criſ. cap. 3. 3. prognoſt. 33. 4. 1. ad Glauc. 15. Haly. 10. theor. 9. Auic. 2. quarti, tract. 1. cap. 5. & 5. tertij, tract. 2. cap. 18. com. 3. in 6. de morb. vulg. 34.

Signa progn. futuræ criſis p Vomitum,	*Cordis morſus, difficultas reſpirationis,* *Capitis dolor, Vertigo, Decoloratio faciei,* *Tenebricoſa oculis obuerſantia,* *Labij inferioris agitatio,* *Saliua multa, & tenuis;* *Tēſio Hypochondriorū in parte anteriori, cū dolore ſtomachi;* *Morbus biliosus.*

¶ *Hippoc. Gal. & Auic. locis allatis.*

TABVLA LXXII.

Signa progn. futuræ Recidiuæ,	*Febris poſt criſim perſeuerans;* *Sine criſi, & ſine ratione febrem deſinere;* *Signa critica deliteſcere;* *Virtutis debilitas poſt morbum, Inappetentia, Nauſea, Cruditas, Tenſio Hypochondriorum, Hepatis, Splenis; Vigiliæ, ſitis, Tumor faciei;* *Ab aſſumpto cibo non refici, ſed in dies corpus contabeſcere;* *Pulſus frequens, & celer perſeuerans;* *Vrina ſatis colorata, aut cruda permanens;* *Præſertim ſi morbi mos ſit diuturnus, aut Autumni tempore genitus.*

¶ *Hippoc. de Iudicat. 457. 3. progn. 22. Auic. 2. quarti, tr. 1. cap. 96. lib. 3. fen. 13. tr. 2. c. 2. tr. 3. c. 3. tr. 5 c. 1. & 8. 1. dieb. decr. 1. 2. aph. 7. 8.*

TABVLA LXXIII.

Signa Progn. futuræ criſis p Seceſſum.	*Vrinæ, ſudoris, & ſanguinis narium retentio;* *Punctio, grauitas, & altitudo imi ventris;* *Inflatio emunctorij inguinalis;* *Defectus ſignorum Vomitus;* *Multa tinctio egeſtionis; Dolor dorſi,* *Vrina poſt criſim in febre Tertiana, alba ſubtilis.*

¶ *Raſ. 32. contin. tr. 2. cap. 1. Auic. vbi ſupra, cap. 9.*

TABVLA LXXIV.

Signa Progn. futuræ criſis per Vrinam,	*Grauitas Veſicæ cum ardore Vrinæ;* *Defectus ſignorum, aliarum expulſionum,* *Exuberatio Vrinæ, craſſitudo ſubſtantiæ, ſediminis, in alijs diebus.*

¶ *Raſis, & Auic. ibidem cap. 12.*

TABVLA LXXV.

Signa Progn. futuræ criſis Permutationis,

Fortitudo febris cum fixione doloris,
Retentio Vrinæ, egeſtionis, ſudoris, vomitus, ſanguinis, Sputi;
Tarditas, aut priuatio digeſtionis cũ fortitudine virtutis, bonitate pulſus in morbis chronicis, & ſalubribus,
Dolor, inflatio, & inflammatio venarum in locis vacuis;
Debilitas, dolor, fatigatio alicuius membri,
Craſſitudo, & multitudo materiæ non aptæ ad vniuerſalem expulſionem, vnde fit ætate & tempore frigido;
Debilitas virtutis non potentis extra expellere.

¶ *Raſis vbi ſupra, Auic. vbi ſupra, cap. 12.*

TABVLA LXXVI.

Progn. & demõſtratiua futuræ criſis bonę, ſi fiat,

Apparentibus ſignis digeſtionis;
Die critica, quam indicauit eius dies indicatoria;
Humorum peccantiũ cum facilitate ſecundum rectitudinem;
Cũ cõferẽtia, tollerãtia, fortitudine pulſus;
(*Oppoſita ſunt ſigna Malæ criſis,*)
Cum horripilatione poſt Euacuationem;
Quæ in morbo nihil facit reliqui; Quæ redit nunquam;
Quæ ſine periculoſis ſymptomatis accidit;
Quæ fit cũ manifeſtis excretionib⁹, aut effatu dignis abſceſſib⁹.

¶ *3. de criſ. cap. 3. 1. aphor. 20. Auic. 2. quarti, tr. 1. c. 20. 25. 64.*

TABVLA LXXVII.

Progn. futurę ſalutis infirmi,

Virium robur perſeuerans, cum tollerãtia ægritudinis, et ſignis digeſtionis, Tegn. 87. 1. aphor. 9. Auic. 2. quarti, tr. 1. cap. 25.
Pulſus fortis, vehemens, ordinatus, Auic. ibid.
Horripilatio poſt euacuationem, Auic. ibid.
Fixio virtutis cum ſignis malis, Auic. ibid.
Bonitas Rationis, & anhelitus, 2. aphor. 33.
Leuitas poſt ſomnum, 2. aphor. 1.
Aequalitas appetitiuæ, & digeſtiuæ, 2. aphor. 33.
Forma, & figura naturalis, 1. prognoſt. 9. 2. aphor. 28.
Situs iacẽdi naturalis, ſomn⁹ naturalis Haly. 10. theor. 11. 1.
Aequalitas caliditatis tact⁹, 2. progn. 5. d. 56. g. (progn. 14. 15.
Exitus humoris cũ Lumbricis, die critica, Haly. 10. theor. c. 11.
Hypochondria ſine dolore, mollia, & æqualia, 2. aphor. 35.
Sudor æqualis in febre continua, 1. progn. 26.

Virium imbecillitas cum magnitudine morbi, & maxime non apparentibus ſignis digeſtionis, Auic.2.quarti,tr.1.cap.26.
Profundatio oculorum, facies tornatilis in acutis, non cauſa fluxus ventris, aut vigiliæ, aut famis,1.Prognoſt.5.7.10.1.ad Glauc.2.
Tenebroſitas albedinis oculi,Hippoc.& Gal.ibid.
Paruitas vnius oculi, Hippoc. & Gal.ibid.
Ablatio viſus, Hippoc. de coacis prænot. 502. 6. aphor.69. com. 1. in 6.de morb. vulg.24.
Tortuoſitas, & Strabroſitas oculi, & palpebrarum tortura, 1.prognoſt.10.
Lacrimæ inuoluntariæ, & maxime vnius oculi, 4. aphor. 52. 1.prognoſt. 10. 1.criſ.14.lib.3.cap.2.
Diligere tenebras, Hippoc. & Gal.ibid.1.criſ.14.lib.3.cap.2.
Intuitus fixus,Hippoc.& Gal.ibid. Auic. 2.quarti,tr.1.c.33.
Sicca Lippitudo,1.progn.10.
Oculus rubeus, vel ceruleus,ibidem.
Somnus cum palpebris apertis, 1.progn.10.6.aphor.52.
Siccitas palpebrarum,ibid.
Oculus in vigilia apertus, ſi approximato digito non palpitat, de diebus decret.459.
Vehemens oculi apertio, cum alienatione, & debilitate, 1. prognoſt.10.
Puſtula alba ſub oculis apparẽs, cum deſiderio rerum dulcium, ſignificat mortem die decima,Raſ.31. contin.tr.1.cap.1.
Tortuoſitas,depreſſio, & acuties naſi,1.prognoſt. 7. & 12.
Deſtillatio aquæ citrinæ ex naſo,Auic.2.quarti,tr.1.cap.35.
Si non ſternutat, cum ſternutatoriis, Auic.ibid.
Si immittit digitum ſuum ad naſum ſine cauſa,Auic.ibid.
Exiccatio, inuerſatio, contractio auris, 1.progn.7.
Cum ſordes auris dulceſcit,6.de morb.vulg. ſect.5.19.
Dolor auris in acutis, ibid.& 3.progn.14.2.prognoſt.69.
Deperditio auditus, 7.aphor.69.
Confricatio dentium,ibid.& 1.prognoſt.21.
Color liuidus, & viſcoſus dentium,Cornel.lib.2.c.4.4.aph.53.
Poſt ſudorem inhorreſcere, Cornel ibid.
Deorſum ad pedes ſubinde labi,1.progn. 16.
Frequenter abſq; cauſa, mundificare dẽtes,Raſ.31.cõt.tr.1.c.1.

Prognoſti- a futuræ Mortis in- firmi,

Denigratio linguæ, 1.loc.aff.cap.5. Auic.1.quarti;tr.2.c.6.
Fœtor oris in acutis, Raſ.tr.10.c.21.& 31.cont.tr.1.cap.1.
Tortuoſitas Labij in acutis, 1.progn.12.
Os apertum ſine oſcitatione, 1.prognoſt.10.17.27.
Granum ſicut cicer niger ſuper linguam cum deſiderio rerũ calidarum, Auic.2.quarti, tract.1. cap.61. & 6.tertij, c.22.
Situs corporis reſupinus citra conſuetudinem, 1.progn.14.15.
Detectio extremitatũ corporis ſine caliditate manifeſta, ibi.16.
Iacere ſuper ventrem in ſomno præter morem, 1.progn.19.
Vapor ex cute calidus cum frigido anhelitu, cõ.2.in 6.de morb. vulg.30.
Tenſio Hypochondriorum præſertim cum fluxu ventris, maxime apparente puſtula ampla nigra, Auic.2.quarti, cap.44. Hippoc. & Gal. 1.progn.27.e, f,
Contractio Teſticulorum, & Virgæ, 2.prognoſt.10.
Frigiditas extremorum in acutis, 7.aphor.1.26.com.2.progn. 4.1.ad Glauc.cap.14.f,
Obfuſcatio digitorum, & vnguium, 2.prognoſt.8.
Aduſtio extremitatũ, èt cutis cũ frigiditate uentris, A.cap.48.
Somnus diurnus cum vigilia nocturna; 2.prognoſt.11.12.
Multa impotentia vigilãdi, 2.aphor.1. Auic.1.quarti, tr.2.c.7.
Collectio palearum, 1.prognoſt.23.
Dolor vehemens viſcerum in acutis, & preſertim ſi ſubito ſedetur, Auic.2.quarti, tract.1.cap.51.
Nimia taciturnitas & vox parua, præter morem, Auic. ibid. cap.52. Hippoc.de coacis prænot.501.2.
Sedatio ſitis in febre ardente, maximè cum nigredine linguæ, Auic.ibid. cap.58.
Cum exteriora frigent, interiora vruntur, 7.aphor.68.
Rigor frequens in acutis, cum debilitate virtutis, Auic.cap.63.
Sudor frigidus in acutis, maximè circa caput, & collũ, 1 progn. 26. 4. aphor.37.
Pulſus Martellinus, Formicans, Interceptus, Gazelans, cum debilitate Virtutis, Raſ.31. contin. tract.1. cap.1. 430.
Singultus qui ſequitur Vomitum humoris ſimplicis, vel fluxum Vẽtris, 2.progn.39. 42. com.2.in 1.prorrhet.26.6.aph.39.
Fluxus ventris multus, cum debilitate virtutis, ſine leuitate ſequenti, Auic.2. quarti, tract.1. cap.77.

Deiectio ſimilis corticibus lupinorum, Raſ. ibid. 450.
Vrina tenuis cum permiſtione Rationis in acutis, Auic. cap. 82.
Retentio, aut pauca mictio Vrinæ, Aui. cap. 81. & ſecunda primi doct. 3. ſum. 2. cap. 7.
Mictio ſanguinis puri in acutis, Raſ. ibid. 460.
Vrina aquoſa fœtida, nigra, turbida, pinguis colore loturæ carnis, 4. aphor. 69. 70. 2. progn. 32.
Vomitus cum vellicatione ventris, & deiectione diuerſorum, vel omnium colorum, Auic. cap 92. Raſ. 430. 2. progn. 40.
Capere Veſpertilionem nigrum, vt illum necet, Haly. lib. 10. theor. cap. 10.
Si æger ſentiat ſuper ſuum caput, niuem; Hippoc. de coacis præ-not. 501.
Icteritia ante ſeptimũ, cũ macie, Hypochõdriorũ, 1. loc. aff. c. 5.
Deiectio nigra, viridis, fœtida, pinguis, rubea, alba, ſpumoſa, butiroſa, Hippoc. & Gal. 2. prognoſt. 20. 22.
Deiectio diuerſorum colorum, niſi à criſi vel medicamento fiat, Gal. ibid. 23. 4. aphor. 21.

TABVLA LXXIX.

Subſtãtia,

- Tenui, ſignificatur, Indigeſtio, oppilatio, renũ debilitas, frigiditas cũ ſiccitate, multus aquæ potus, raptus materiæ ad caput, Auic. 14. tertij, tr. 2. cap. 3. Gal. de vrin. cap. 5. 1. criſ. 12. 4. aph. 77. 2. prognoſt. 33. 7. aphor. 33.
- Craſſa, ſignificatur, Humor, craſſus, multus, crud⁹, dolor capitis, flatus, reſolutio virtutis, criſis, Au. ibid. Gal. de vrin. cap. 3. 4. aphor. 70.
- Tenui perſeuerãte, ſignificatur, Extrema cruditas, lib. de Vrin. cap. 2.
- Tenui non perſeuerãte, ſignificatur, difficultas maturationis, inobedientia materiæ, membrorum liquefactio, 1. criſ. cap. 12. 4. ſanit. tuen. cap. 4. lib. de Vrin. cap. 2.
- Craſſa perſeuerante, ſignificatur, Humorum agitatio, dolor capitis, flatus, lib. de Vrin. cap. 3.
- Craſſa non perſeuerante, ſignificatur, ceſſatio ebullitionis craſſorum humorum, Gal. ibid.

Nigro,

Prognoſtica, & Demonſtratiua ſimul, ab Vrinæ,

- **Colore,**
  - *Nigro, ſignificatur, Vehemens incendium; quando eſt cum forti odore, forte frigus; quando caret odore, mortificatio caloris naturalis, criſis, morbus melancholicus, lib. de Vrin. c. 10. 1. criſ. 12.*
  - *Flauo, ſignificatur, Dominium bilis, vehementia motus, dolor, fames, ſitis, 14. meth. 1. lib. de Vrin. cap. 4. Auic. 2. primi, doct. 3. cap. 2.*
  - *Sanguineo, ſignificatur, Repletio ſecundum vaſa, lib. de Vrin. cap 14.*
  - *Loturę carnis, ſignificatur, Hepatis debilitas, ſanguinis multitudo, A. 14. tertij, tr. 2. c. 2. G. ibid.*
  - *Rubeo, ſignificatur, Sanguinis dominium, Auic. 2. primi, vt ſupra, Gal. 1. criſ. 12.*
  - *Viridi colore fiſticorum, ſignificatur, Frigiditas; ęruginoſo, vehemens incendium, & perditio. colore Ireos, vehemens frigiditas aut venenum aſſumptum, Raſis 31. cont. tract. 9. 4. 54. 2. indico, atra bilis pura, porraceo, vehementiſſimum incendium, Auic. ibidem.*
  - *Albo tenui, ſignificatur, frigiditas, indigeſtio, oppilatio, Auic. 16. tertij, tr. 3. cap. 7. & 11.*
  - *Albo craſſo vt lac, ſignificatur, Phlegma, crudus humor, lapis veſicæ, 1. criſ. 12. 4. aphor. 72.*
- **Odore,**
  - *Nullo, ſignificatur, Cruditas, & frigiditas; in acutis mors.*
  - *Fœtido, ſignificatur, Putrefactio humorum calidorum.*
  - *Acri, ſignificatur, Putrefactio humorum frigidorum.*
  - *Dulci, ſignificatur, ſanguinis dominiū.*
  - *Fœtido, & acri, ſignificatur, Humor atrabilioſus.*
  - (*Aui ibid. cap. 4.*)
- **Spuma,** 2. aph. 43. 7. aph. 30. 2. progno. 47.
  - *Si adſit, ſignificatur humiditas, & ventoſitas.*
  - *Nigra, ſignificatur, Humor melancholicus. Multa, viſcoſitas, & vnctuoſitas.*
  - *Rufa, ſignificatur, Icteritia; Magna, uiſcoſitas humoris; Perſeuerante, difficilis reſolutionis.*

Alba

Hypoſtaſi,

Alba, læni, æquali, pineata, ſignificatur, Optima corporis conſtitatio, 2. prognoſt. 26. com. 2 in ſecundum prorrhet. 24. 1. progn. 42. 5. ſimpl. cap. 6.

Furfurea, ſignificatur, Scabies veſicæ, liquefactio membrorum, morbi reſolutio, 4. aphor. 77. lib. de Vrin. 28.

Petaloide, & Crynoide, ſignificatur, Raſura inteſtinorum; ſi eſt alba, veſicæ; ſi rubea, renum; ſi nigra, membrorum radicalium vlcus, ſcabies, corroſio, de Vrin. 30. 7. aphor. 3. 4. aphor. 77. Auic. 2. primi, doct. 3. 5. 2 cap. 6.

Opima, ſignificatur, Adipis liquefactio, de Vrin. 25. 7. aphor. 35. 2. prognoſt. 35.

ननioſa, ſignificatur, Vlcus apertum, 4. aphor. 35.

Mucilaginoſa, ſignificatur, humor craſſus, dolor iuncturarum, Raſ. 31. contr. tr. 9. 457. de Vrin. cap. 40.

Capillari, ſignificatur, humor craſſus ex rene, 4. aphor. 76. 6. loc. aff. cap. 3.

Arenoſa, ſignificatur, Renum, & veſicæ lapis, ibid. Cineritia, phlegma, pus, aduſtio, 4. apo. 79.

Sanguiſugali, ſignificatur, Hepatis debilitas, vulnus in vijs vrinæ, 4. aphor. 65.

Nigra, ſignificatur, mortificatio caloris natiui, 1. criſ. 12. Citrina, fortis calor, acutus morbus, Auic. 2. primi doct. 3. ſumm. 2 cap. 6.

Diuulſa, ſignificatur, Ventoſitas, aut digerendi debilitas, Auic. & Gal. ibidem.

Quãtitate,

Pauca, ſignificatur, virtutis debilitas, 4. aph. 83.

Multa, ſignificatur, Liquefactio, criſis, Auic. 2. primi vbi ſupra, cap. 7.

Varia, ſignificatur, Pugna naturæ, & morbi, Au. 4. primi, tract. 1. cap. 81.

Multa ſine requie, ſignificatur, Spaſmus, hectica, ibidem.

Guttatim micta, ſignificatur, Morbus in neruis, A. 2. primi, doct. 3 ſumm. 2. cap. 7.

TA-

TABVLA LXXX.

Prognoſtica, & Demonſtratiua ſimul à Deiectione, quæ ſi ſit

Pauca, ſignificat, Humoris paucitatem, retentionem, expultricis debilitatem, 1. criſ. cap. 11.

Humida, ſignificat, Oppilationem, debilitatem digeſtiuæ, & miſeraicarum, rheumatiſmum, comeſtionem rei humidæ, 2. prognoſt. 14. 1. criſ. 11.

Opima, & Fœtida, ſignificat, Liquefactionem, copiam putridorum, & viſcidorum humorum, nutrientia viſcoſa, 1. criſ. 11. 2. prognoſt. 22.

Spumoſa, ſignificat, Ebullitionem flatum, 2. prognoſt. 20. 7. aphor. 30.

Sicca, ſignificat, Laborem, reſolutionem, multam vrinam, igneum calorem, nutrientium ſiccitatem, multam moram in inteſtinis, Auic. 2 primi, cap. 13.

Ignea Bona eſt, & naturalis, 2. prognoſt. 17. 2. loc. affect. 6. 3. criſ. 3.

Satis ignea, ſignificat, Abundantiam bilis, reſolutionem morbi, 1. criſ. 11. minus ignea, cruda eſt, Gal. ibidem.

Alba, ſignificat, Oppilationem, cruditatem, 2. prognoſt. 20.

Nigra, ſignificat, Aduſtionem, atram bilem, nutriens tingens, reſolutionem virtutis, 1. criſ. 11. 4. aphor. 21. 2. prognoſt. 22.

Acris pontica bulliens, ſignificat humorem atrabilioſum, 4. aphor. 21. 23. lib. de atra bile, cap. 3.

Viridis, ſignificat, Caloris innati extinctionem, bilem æruginoſam, vermes, frigiditatem, 2. prognoſt. 39.

Frequens, ſignificat, Bilis multitudinem, retentiuæ debilitatem, 1. criſ. 11.

Tarda, ſignificat, digeſtiuæ debilitatem, inteſtinorum frigiditatem, Gal. ibid. Sonora, flatum plurimum, inſtrumentorum anguſtiam, 2. prognoſt. 24 3. de cauſ. ſympt.

Sine tinctura, ſignificat, Icteritiam, Raſis tract. 4. cap. 8. A. 3. primi, doct. 5. cap. 1.

Variegata, & Verſicolor ſponte profluens, ſignificat, morbi longitudinem, ſi adſit virium robur; ſecus mortem, 2. progn. 23. 1. criſ. 11. 2. aphor. 14.

TABVLA LXXXI.

Prognoſtica, & Demonſtratiua ſimul à Sputo, quòd ſi ſit,

Multum, ſignificatur, Rheumatiſmus, humiditas ſtomachi, dominium caliditatis, Auic.6.tertij, cap.25.

Difficile, ſignificatur, Debilitas uirtutis, ſiccitas inſtrumẽti, materia ſubtilis valde, valde craſſa, & viſcoſa, com.2.prognoſt. 43. 1. aphor.12.

Spumoſum, ſignificatur, Humor admixtus aeri, 2.progn.47. Salſum, catharrhus corroſiuus, Auic.10.tertij, tr.4.cap.8.

Viride, ſignificatur, Congelatio, & aduſtio, Auic.ibid. Bilis citrina, & porracea, 2.loc.aff.8. 6.aphor.83.

Fœtidum, ſignificatur, Putredo humorum, Au.ibid.2.prognoſt. 45. 46. 48. 2. loc. aff.8.

Simplex, vt ſaliua, ſignificatur, Morbi longitudo, A.ibid. c.9.

Tenue, ſignificatur, Humor ſubtilis, citę exiccationis & reſolutionis, 1.criſ.5.

Nigrum ſplendens, ſignificatur, Vehemens aduſtio, 2.prognoſt. 48. Citrinum clarum, bilis vitellina, 2.loc.aff.8.

Album, ſignificatur, Humor phlegmaticus, G.ibid.et com.3.in 6.de morb.vulg.4.

Rubeum, ſignificatur, Dominium ſanguinis, G.ibid. Rotundum cum febre, dolor capitis, com.3.in 6.de morb. vulg.36.

Album læue equale, ſignificatur, fortitudo virtutis, perfecta cõcoctio, Hippoc. de coacis prænot.513.

Varium difficile cũ tuſſi, ſignificatᷓ, Mortis propinguitas, Au.in cant.456.

TABVLA LXXXII.

Prognoſtica, & Demonſtratiua ſimul à Reſpiratione, ꝙ ſi ſit

Frequens, ſignificatur, Neceſſitas euentationis, exiccatio pulmonis, 1.de differ.reſpir.cap.2.4.de differ.pulſ.cap.5.

Frigida, ſignificatur, Extinctio caloris innati, complexio Cordis frigida, in acutis mors, 3. de differ.reſp.8. Auic. 2. quarti, tract.1. cap.3.

Narium commotiua, ſignificatur, Debilitas virtutis, conſtrictio præfocatiua virtutis, collectio aut effuſio ſaniei, vel humoris, 4. loc. aff.cap.7. calida, fortitudo caloris innati.

Dupla, ſignificatur, Spaſmus preteritus, aut futurus, 4.aph.68.

Difficilis, ſignificatur, Oppilatio partium reſpirationi ſeruientium, Auic. 10. tertij, tract.1.cap.28.

TABVLA LXXXIII.

Prognoſtica, & Demonſtratiua ſimul à Sudoribus; qui ſi ſint

- *Indicatorij, Abundantes, Integre Febrē finiant, A toto corpore, Bonæ tollerantiæ, Calidi,*
  - *Omnes boni, Hippoc. & Gal. 1. progn. 26. 4. aphor. 36. 3. de cauſ. ſympt. 2. 4. de ſanit. tuen. 4. com. 3. in 1. Prorrhet. 21.*
- *Symptomatici, Ingraueſcente morbo, Solo capite, aut fronte, Male tollerantiæ, Frigidi,*
  - *Peſſimi, qui virtute conſiſtente, morbi longitudinem, debili autem, citam mortē portendunt, 4. aphor. 37. 1. prognoſt. 26.*

TABVLA LXXXIV.

- [a] *Magnus*, [b] *Vehemēs*, [c] *Celer*, [d] *Creber*,
  - *Singuli ſignificant*,
    - [a] *Neceſſitatē euētationis*, [b] *Virium robur*, [c] *Inſtrumēti mollitiem*; [d]
    - *è cōtra*: *Paruus*, *Lāguid'*, *Tardus*, *Rarus*;
- [e] *Longus*, [f] *Latus*, [g] *Altus*, [h] *Durus*, [i] *Plenus*;
  - *Significat*,
    - [e] *Siccitatem, & eliquationem*, [f] *Abundātem humiditatem*, [g] *Robur, et obediētiā inſtrumēti*, [h] *Duritiē inſtrum.* [i] *Humorū copiā*,
    - *è cōtra*: *Breuis*, *Anguſt'*, *Humilis*, *Mollis*, *Vacuus*;

Cali-

Prognoſtica, & Demonſtratiua ſimul à Pulſu, qui ſi ſit, … *Significat.*

Pulſus	Significat
k *Calidus,*	k *Cordis, & inſtrumenti caliditatem,*
l *Frigidus,*	l *Cordis, & inſtrumenti frigiditatem,*
m *Humid',*	m *Cordis, & inſtrumenti humiditatem,*
n *Siccus,*	n *Cordis, & inſtrumenti ſiccitatem,*
o *Tẽperat',*	o *Cordis temperiem,*
p *Eurythmos*	p *Humorũ Symmetriã, è cõtra Arythmos,*
q *Inęqualis,*	q *Cordis intemperiem, cum humorum aggrauantium copia,*
r *Inęqualis æqualiter,*	r *Virtutis reſolutionem,*
ſ *Inæqualis inęqualit,*	ſ *Virtutis aggrauationem,*
t *Vibratus, & dicrot',*	t *Virium robur, auctam neceſſitatem, inſtrumenti duritiem,*
u *Caprizans,*	u *Virtutis lapſum, cum refocillatione,*
x *Bisferiens,*	x *Arterię duritiem, virium robur, & auctum vſum,*
y *Innuens,*	y *Imbecillitatem virium, & inſtrumẽti duritiem,*
aa *Circũnuẽs,*	aa *Inobedientiam inſtrumenti, & debiles vires,*
bb *Intercurrens,*	bb *Cordis, et inſtrumentorum aggrauationem,*
cc *Deficiens,*	cc *Virtutis laſſitudinẽ, refocillationem, uel accidẽs animæ ſubito inuadẽs,*
dd *Sorricinus,*	dd *Debilitatem virtutis, à quiete ad laborem, & è contra procedendo,*
ee *Mutilus decurtatus,*	ee *Imbecillitatem virtutis;*
ff *Deficiens decurtatus,*	ff *Imbecillitatem virtutis ſemper deficiendo;*
gg *Decurtatus reciprocus,*	gg *Imbecillitatem virtutis cum quiete redeundo,*
hh *Vndoſus,*	hh *Caſum virtutis, inſtrumenti duritiẽ.*
ii *Vermiculans,*	ii *Maiorem caſum virtutis,*
kk *Formicãs,*	kk *Maximum caſum Virtutis,*
ll *Hectic' tremulus,*	ll *Virium robur, auctum vſum, inſtrumenti duritiem;*
mm *Conuulſiuus,*	mm *Motus non naturales virtutis, aut inſtrumenti, aut Cerebri.*
nn *Serrinus,*	nn *Diuerſitatem humorũ in uenis exiſtentium, duritiem uenarum, apoſtemata in membris neruoſis.*

a ¶ *Gal.1.de Cauſ.pulſ.cap.5.d,& cap.4. c. 1.de præſag. cap.1. Auic. 2.primi.6.* b ¶ *1.de pręſag.c.7.4.de cauſ.pulſ.cap.1.* c ¶ *2.de pręſag. c.1.& 5. 1.de cauſ.pulſ. c.4.c,& lib.4.c.21.* d ¶ *Ibid.* e ¶ *1.de pręſag.c.3.* f ¶ *Ibid.* g ¶ *Ibid.* h ¶ *Ibid.c.4.& 7.f,1.de cauſ.pulſ. c.9.d.* i ¶ *Ibid.* k ¶ *Ibid. c.4.* l, m, n, o ¶ *Ibid.* p ¶ *1. de differ. pulſ.c.9.10.* q ¶ *De præſag.lib.2.c.4.2.de cauſ.pul.c.1.2.3.* r ¶ *1.de differ. pulſ.c.11.* ſ ¶ *1.de differ.pulſ.c.12.* t ¶ *2.de cauſ.pulſ. cap.6.* u ¶ *Au.2.primi, doc.3.c.6.* x ¶ *2.de cauſ.pulſ.c 6.* y ¶ *Ibi.c.10.* aa ¶ *Ibid.* bb ¶ *2.de præſag.cap.5.* ¶ cc *Aui.2.primi,doct.3.c.6.* dd ¶ *Auic.2.primi,doct.3.c.6.* ee, ff, gg ¶ *2.de cauſis pulſuum,c. 3.* hh ¶ *2.de cauſ.pulſ.cap.8.Auic.ibid.* ii ¶ *Gal.ibid.c,d,e, Auic.ibid.* kk ¶ *Gal. & Auic. ibid.* ll ¶ *2.de cauſ pulſ.cap.6.g, Auic.ibidem.* mm ¶ *2.de cauſ.pulſ.cap.12.* nn ¶ *Auic.ibidem.*

QVINTAE TOTIVS ARTIS MEDICAE *Partis, quæ eſt Curatiua per medicamenta, Synopſis.*

TABVLA LXXXV.

- [a] *Curatiuę Medicinæ partes sũt,*
  - [b] *Diętetica, in qua ſpectat, cibi exhibendi,*
    - *Quantitas, de qua, Tab.86.*
    - *Qualitas, de qua, Tab.87.*
    - *Hora, de qua, Tab.88.*
  - *Pharmaceutica, quæ fit per*
    - *Digeſtiua, de quibus, Tab.89.*
    - *Solutiua, de quibus, Tab.96.*
    - *Dirigentia, de quibus, Tab.99.*
    - *Loch, de quibus, Tab.101.*
    - *Trociſcos, de quibus, Tab.102.*
    - *Conſeruas, de quibus, Tab.103.*
  - *Chirurgica, quę completur,*
    - *Sanguinis miſſione, de qua, Tab. 104.*
    - *Topicis remedijs, de quibus, Tab.119.*

a ¶ *De his tribus Medicinæ Curatiuæ partibus, agit Gal.lib.de Part.art. medicæ, cap.1.d, & ad Thraſib. cap. 42.f, & 3. de compoſ. med.per gen.cap.2.f, 1.aphor.19.& 1.de rat.vict. 6, g.*

b ¶ *Gal.de diſſol.cont.cap.4.g, & 8.meth. cap.2.h, et 6.de ſanit. tuen. cap.6. e, & 1. aphor.4. & 5. & ſequentibus, Auic.quarta primi.*

TA-

Quantitas exhibēdi cibi, deſumitur, à reb⁹,

- *Natu-ralib⁹,*
  - *Virtuti reſolutæ, Cōſuetis multū edere, Bilioſis, Decrepitis, Conualeſcentibus, Aeſtate, Inanito.* — *Parum, & ſæpe exhibendum,* 1.aphor.7.1.aph.14.17.2.dier decret.11.et 10.meth.3.1.aph 13.18.e 1.de ratione vict.25 a, Auic.1.quarti,tr.2.cap.8.
  - *Virtuti aggrauatę, Nobilibus, Humidis, Mulieribus, Repletis, Primis ſenibus;* — *Parum, & rarò exhibendum,* 2 aphor.8.1.aphor.13.2.de ratione vict.18.2.aph.10.31 Auic.1.quarti,tr.2.cap.8.
  - *Hyeme, & vere multum,* 1.aphor.15.17.
  - *Pueris, multum,* 1.aphor.14.13.
  - *Sanis, multum,* 1.aphor.5.
- *Præter nām, à*
  - *Morbo,*
    - *Perperacuto, Peracuto, Acuto, In ſtatu vniuerſali,* — *Tenuis dięta conuenit* 1.ad Glau.8.e, 1.aph.8
    - *Tropico, Media,* 1.ad Glauc.8.
    - *Chronico, plenior, ibidem;*
    - *In principio vniuerſali, Media,* 1.aph.10
  - *Cauſa morbi.i.materia* 1.aph.4.9.
    - *Craſſę ſubſtantię, Subtilis ſubſtantię, Multæ ſubſtantiæ, Multæ Malitiei, Calidæ, Frigidæ,* — *Cōuenit dięta,* — *Craſſa, Subtilis, Pauca, Subtiliſſim, Frigida, Calida,*
  - *Symptomate,*
    - *Neceſſitas Phlebotomię, Neceſſitas euacuationis, Doloris ſedatio, Enematis impoſitio, Inuaſio paroxyſmi, Proxima futura criſis,* — *Cibū prohibē* 1. de ration vict.19.6.1 aph. 11.11 meth.21.A loc.all.c.8.
    - *Futura Syncopis, Virtus reſoluta, Febris peſtilens,* — *Cibū dari ſuadēt,* 1 aph.9.cō.3.in 3.d morb.uul.58.d,e,A prima quarti, tract.4.cap.4.

TABVLA LXXXVII.

Qualitas exhibendi cibi eſt, A.1.quar. tr.2.c.8.

- **Tenuis,**
  - Olera, Iuſculum ex Boragine; aqua hordei,
  - Ptiſana, Cremor ptiſanæ,
  - Panis, vel amigdalæ, vel amilum in aqua decoctū,
  - Micæ panis in Iure, ex pullis paruis,
  - Hydromel, Melicratum, Mulſa, aqua mellis,
- **Media,**
  - Panata cum iure Gallinæ, Caponis, Perdicis,
  - Carnes temperatæ paruarum auium,
  - Ius Gallinæ conſumptum, vinum oligophoron,
  - Aqua deſtillationis Gallinæ, Caponis;
- **Plenior,**
  - Cōtusū, oua Gallinę recētia, et ſorbilia,
  - Teſtes Gallorū nō coëuntiū, Nebulę infuſæ in vino polyphorō,

Gal.1.aph.4.et 1.de ratione vic.18.h,et 44.d,& 3.de vic.rat.13.6.& 17. f, Auic.1.quarti,tr.2.cap.8.

TABVLA LXXXVIII.

Hora exhibēdi cibi, alia eſt,

- **Electa,**
  - Hora quietiori, 1.aphor.19.
  - Inteſtinis mundatis à fęcibus, 1.de ratione vict.45.e.
  - Ante aduētū paroxyſmi p 5.horas, 11.met.21.c.1.aph.11.
  - Tēpore declinationis, A.1.quarti,tr.2.c.8.
- **Coacta,**
  - Ex aliquo accidēte deijciente virtutē, 1.aph.9.
  - Ex sūma Virtutis reſolutione, Gal.et Auic.loc. allatis

TABVLA LXXXIX.

Digeſtiua digerentia,

- **Toto corpore,**
  - **Bilē,**
    - Naturalem.
    - Pallidam,
    - Flauā, ſeu Vitellinā,
    - Radentē, ſeu aduſtā,
    - Porraceam,
    - Aeruginoſam,
    - De quibus, Tap.90.
  - **Pituitam,**
    - Naturalem,
    - Dulcem,
    - Vitream,
    - Acidam,
    - Salſam;
    - De quibus, Tab. 91.
  - **Atrā bilē,**
    - Naturalem,
    - Rubeam,
    - Bilioſam,
    - Sanguineam,
    - Phlegmaticam,
    - Melancholicam;
    - De quibus, Tab.92.
  - Dyſcraſiam frigidam, de qua, Tab.93.
  - Dyſcraſiam calidam, de qua, Tab.94.
  - Vtramque, de qua, Tab.95.
- **Singulis partibus.**

Digeſtiua, Digerẽtia toto corpore Bilem,	Naturalẽ,	De ſucco Endiuiæ, De infuſione Roſarum, De agredine Citri, Oxyzacchara, Acetoſus ſimplex, Rob de Ribes, Rob de Agreſta, De Limonibus, De Granatis muzis, Violatus, De ſucco roſarũ, De Cicorea, De Nimphæa, De ſucco Acetoſæ, De Bizantijs;	Cũ Aquis	Endiuię, Boraginis, Bugloſſę, Lupulorũ, Cicoreę, Portulacæ, Plantaginis, Capillorũ Ven. Solatri, Nimphęę,
	Pallidam,	Iuleb violatum, Iuleb roſatum, Acetoſus ſimplex, Oxymel ſimplex, Oxyzacchara, Mel roſatum colatum;	Cũ Aquis	Hordei, Aqua decocta, Vino Granatorũ, Succo Limonũ.
	Flauã, ſeu Vitellinã,	De Bizantijs cum aceto, De Radicibus ſine aceto, Acetoſus de duabus radic. De calamẽto cũ Iuleb viol, Acetoſus ſimplex cũ melle roſato colato;	Cũ Aquis	Boraginis, Bugloſſę, Capillorũ Veneris.
	Radentem ſeu Aduſtam,	Syrupus violatus, De Epithymo, De Fumaria ſimplex, Iuleb violatum, de Pomis acetoſis,, De Nenufare, Oxizacchara,	Cũ Aquis	Decocta, Hordei, Lupulorũ, Capillorũ Veneris, Bugloſſæ,
	Porraceã, et Aeruginoſam;	Syrupus violatus, Iubel violatum, De Nenufare, De Agredine Citri, quibus miſceatur acetoſus ſimplex;	Cũ Aquis	Malorũ Arabicorũ, Granatorũ, Aqua decocta, Succo Limonũ.

TABVLA XCI.

- Digeſtiua, Digerẽtia toto corpore Pituitã;
  - Naturalem,
    - Mel roſatum,
    - Oxymel ſimplex,
    - Oxymel compoſitum,
    - Acetoſus ſimplex,
    - De Betonica, De Boragine,
    - De Infuſione roſarum,
    - De Pomis, De Stœcados,
    - De duabus radicibus,
    - De quinque radicibus,
    - De Eupatorio,
    - Acetoſus compoſitus,
    - De Hyſſopo,
    - Oxymel ſquilliticum,
    - De Bizantijs,
    - De Marrubio,
    - De Abſinthio, De Praſſio,
    - De tribus infuſionibus roſarum perſicarum;
    - De Cannis, De Iuiubis,
    - De liquiritia,
    - De calamentho,
    - Rob de Ribes,
    - De Lupulis,
    - Fumaria,
    - Scolopendria, Mentha;
    - Cũ Aquis
      - Fœniculi,
      - Appij,
      - Abſinthij,
      - Saluiæ,
      - Menthę,
      - Boraginis,
      - Bugloſſę,
      - Calamẽthi
      - Aſparacorum,
      - Capillorũ Veneris,
      - Scolopendriæ,
      - Bethonicę,
      - Endiuiæ,
      - Fumarię,
      - Lupulorũ.
  - Nõ naturalem,
    - Mel roſatum colatum,
    - Acetoſus ſimplex cũ aquis ſeminum,
    - Oxymel ſimplex,
    - Acetoſus de duabus radicibus,
    - De Eupatorio cum aceto,
    - De Praſſio cum aceto,
    - De Stœcados,
    - Oxymel compoſitum,
    - De Bizantijs,
    - Cum Aquis calidis, vt infra.

TA-

Digeſtiua, Digerentia toto corpore, atrā Bilem Naturalem, et Nō Naturalem,

- Mel roſatum,
- De Betonica,
- De Lupulis,
- De Fumaria,
- Oxymel ſimplex,
- De ſucco Boraginis,
- De Bugloſſa,
- De Thymo,
- De Epithymo,
- De Pomis,
- De Calamentho,
- De Scolopendria,
- De Bizantijs,
- De Polypodio,
- D. Auguſtini.

Cū Aquis

- Meliſſæ, Menthæ,
- Abſinthij, Betonicæ,
- Boraginis, Rutę,
- Scolopendrię, Hyſſopi,
- Maioranæ, Celidoniæ,
- Roris marini, Lauri,
- Sauinæ, Raphani,
- Eufragiæ, Apij,
- Eupatorij, Hydromellis,
- Scabioſæ,
- Enulæ,
- Praſſii,
- Saluiæ,
- Lupulorum,
- Fumariæ,
- Bugloſſæ,
- Fœniculi,
- Capillorum Veneris.

TABVLA XCIII.

Capitis,

- De infuſ. roſ.
- De Abſinthio,
- De corticibus Citri,
- De Calamentho,
- De Stæcados,

Cum Aquis

- Maioranę, Roris marini,
- Betonicæ, Celidonię,
- Saluiæ, Praſſii,
- Rutæ, Acori,
- Hyſſopi, Menthæ,
- Origani, Camomillæ,
- Abſinthij, Berbenæ,

Pectoris, et Pulmonis,

- De Hyſſopo,
- De Praſſio,
- De Liquiritia,
- De Thymo,
- Oxymel ſquilliticum.

Cum Aquis

- Pulegij, Bugloſſæ,
- Fœniculi, Boraginis,
- Calamenthi, Liquiritię,
- Origani, Scabioſæ,
- Hyſſopi, Praſſii,
- Betonicæ,
- Rutæ,

Digeſtiua in Dyſcraſia frigida,	Ventriculi, & Inteſtinorū,	De Abſinthio, De Mentha, De Calamētho, De Thymo, De Eupatorio, De Corticib' Citri, Mel roſatū colatū,	Cum Aquis	Abſinthij, Menthæ, Pulegij, Origani, Liquiritiæ, Calamenthi, Saluiæ, Fœniculi, Eupatorij,
	Cordis,	De Corticib' Citri, De Pomis, De Granatis dulcibus, De Bugloſſa,	Cum Aquis	Bugloſſæ, Boraginis, Meliſſæ, Deſtillationis croci, Maioranæ, Enulę, Roris marini,
	Hepatis,	De Calamētho, De Eupatorio, De Thymo, De Corticibus Citri, De Abſinthio, De Praſſio;	Cum Aquis	Calamenthi, Abſinthij, Menthæ, Artemiſiæ, Camomillæ, Vrticæ, Enulæ, Paritariæ, Praſſii, Aſparacorum, Saluiæ, Scolopendrię, Petroſelini, Apij.
	Matricis,	De Calamētho, De Eupatorio, De Stoecados, Oxymel compoſitum, Mel roſatum, Syrup' acetos'	Cum Aquis	Calamenthi, Maioranæ, Betonicæ, Enulæ, Saluiæ, Origani, Camomillæ, Acori,
	Iuncturarum,	De Abſinthio, De Bizantijs, De Eupatorio, De Praſſio, De Thymo, De Calamentho;	Cum Aquis	Aſparacorum, Petroſelini, Apij, Origani, Hyſſopi, Eupatorij, Raphani, Betonicæ, Roris marini, Abſinthij,

Digeſtiua, in Dyſcraſia calida,

Capitis,	De Infuſione roſarū, Violatꝰ, De Myrtho, Vtrunq; Iuleb, De Nenufare, De Agredine Citri,	Cum Aquis	Violarum, Solatri, Roſarum, Nenufaris, Alchechengi, Cucurbitæ, Portulacæ, Plantaginis,
Pectoris, et Pulmonis,	Violatus, De Iniubis, De Liquiritia, De Granatis dulcibꝰ, De Papauere, De Nenufare, Oxymel ſimplex,	Cum Aquis	Violarum, Hepaticæ, Nenufaris, Maluæ, Capillorum, Veneris, Acetoſę, Plantaginis, Cucurbitæ, Portulacæ.
Vetriculi, & Inteſtinorum,	De infuſione roſarū, De Agreſta, De Myrtho, De ſucco acetoſę, De Agredine Citri, Acetoſus ſimplex, Oxyzacchara, De Fumaria, Oxymel ſimplex,	Cum Aquis	Roſarum, Endiuiæ, Hepaticæ, Plantaginis, Alchechengi, Fumariæ, Cicoreæ, Portulacæ.
Hepatis,	Sirupus roſatꝰ, De Fumaria, De Endiuia, De Bizantijs, Oxyzacchara, De Nenufare,	Cum Aquis	Endiuiæ, Fumariæ, Hepaticæ, Plantaginis, Lupulorum, Portulacæ, Alchechengi, Cicoreæ, Acetoſę.
Matricis,	Syrupus roſatus Myrthinus, Iuleb roſatum,	Cum Aquis	Roſata, Capillorum Veneris, Portulacę, Fumarię, etc.
Iuncturarum,	Syrupus roſatus, Iuleb roſatum, Syrupus myrthinus, Acetoſus ſimplex, Oxyzacchara,	Cum Aquis	Roſarum, Plantaginis, Endiuiæ, Cicoreæ, Fumariæ, Portulacæ.
Cordis,	De agredine Citri, Violatus, Roſatus, De ſucco acetoſæ, De Endiuia, Agreſta, Nenufare, Cicorea, Bizātijs, Acetoſus ſimplex, De Pomis, De Myrtho, De Limonibus,	Cum Aquis	Violarum, Capillorum Veneris, Roſarum, Nenufaris, Endiuiæ, Solatri, Cicoreæ, Cucurbitę, Acetoſę, Portulacę,

TABVLA XCV.

Digeſtiua, in vtraq; Dyſcraſia,

- **Splenis,**
  - De Praſſio, Eupatorio, Thymo,
  - De Calamētho, Scolopē- dria, Syr. Violatus,
  - Acetos' sīplex, De dua bus radicib', (poſitū,
  - Oxymel ſimplex, et cō-
  - **Cum Aquis**
    - Nenufaris,
    - Scolopendriȩ,
    - Fumariæ, Eupatorij,
